SIVE

GULIELMI DRAGEI, Hitchensis, Ἰατροῦ καὶ Φιλοσόφου

Observationes et Experientiæ

DE

FEBRIBUS

Intermittentibus Medicinæ, in praxeos methodum concinnatæ, et dispositæ, Lectoris utilitate.

Non nobis solum, sed partim patriæ, partim amicis, nascimur.

Idem convincit, cui nefas contradicere, Experientia. Sennertus *Epitome, Scientiæ nat. de Cælo et stellis, lib. 2. cap. 2.*

Si quid in hoc sit commissum, vel si quid omissum Emendato, precor, non obtrectato maligne.

Londini, Excudebat *J. S.* in usum Authoris, et vaeneunt apud Bibliopolas *Londinens.* 1665.



Lectori Benigno, S. P. D. G. D.

FEbris intermittens, opprobrium Medicorum nominari solet; Certe qui causam morbi ignorant, rationaliter et curationem non perficiant, hisque causis à vulgo opprobrium Medicorum appellatur. Nemo, nisi qui Philosophia, Astronomia, et dissectionibus humanis doctus est, etiam qualitatibus peritus, causam, consequenterque curationem, febrium intermittentium clare sciat. Nobis hic non anatomicas dissectiones, quia extra nostram experientiam veniunt, describere libet; Sed istæ sunt maximi momenti, quia causam veram in corpore genitam ostendunt, nostræ rationi plerunque alienam; quot homines tot sententiæ, et quod uni ratio videatur, alteri absurdum: nihil est vere cognosci nisi vera experientia, nam ratio, sincere

expreſſa, et proprie ita dicta, nihil aliud eſt quam conſcientia, quæ tantum circa res agendas bene aut male teſtimonium eſt; vero ſiquis Deum voluit noſcere, in creatione noſcat, omne opus quale, talem opificem oſtendit, vel quale opus, talis operator. Omnia, ſi certa ſunt, naturaliter nobis experientia imprimuntur; concedo quod caſu et accidenter poteſt quiſnam conjicere recte et vere de re aliqua, vero imaginatione & phantaſia raro rei veritatem explorare poſſumus; nec eſt ſimile, idem, vel unica res curſu alterius movetur, ſed in quolibet eſt aliqua ſingularitas, curioſitas, et dei voluntas varia, quia nos omnia quaſi momento temporis et laboris non cognoſcamus; Tunc enim Dei opera clare cuivis et pauco tempore et labore conſpecta poſſint, et ſic non admiranda ſatis, et diligentiam hominis ita conſopiant. Nemo mortalium jam recte jactare queat, ſe omnia cognoviſſe; nec, ſi totam ſuam vitam abſumat in ſtudio, pre-

tiis

tiis experimentorum, et lectione et disputatione, et disquisitione rerum omnium sua via præsentium, quisnam potest omnia, et eorum naturam veram et totam, exscrutari.

Miratus sum unde omnes quæstiones et opiniones ortæ sunt, sed magis quia non deciduntur; et invenio homines non experientiæ sed phantasmatibus et plausibilibus, ut aiunt, conjecturis fungi, et ab unico exemplo cursum naturæ statuunt, regulasque generales componunt, priusquam particularia, è quibus generale componitur, cognovere: Ille de compositionis viribus quam optime et certissime judicabit, qui singulæ rei, ejusdem virtutem et qualitates, novit; tanta est in natura diversitas, tanta varietas, ut decipiatur facile qui uno vel altero exemplo nititur.

Humanum est errare, et ego omnibus in scriptis meis decrevi, exempla et experimenta depromere, multaque, et in aliis ab aliis diversis fide dignis,

quibus testimoniis et naturæ exemplis lectorem volui confidere, non mei phantasmati vel imaginationi; nam in alio variat à me, et in tertio ab utroque; Nostro tempore quam frequens est dicere, *Ita dixit talis Doctor*; potius dicemus, *Quare dixit*, et ita natura invenitur; naturæ inventionibus phantasmatum et imaginationum nostrarum inventiones subjiciamus, ut Riolanus bene dixit,

Non mihi res sed me rebus subjicere conor.

Quæramus quomodo hunc mundum deus fecit et ordinavit; non quomodo secundum nostram errantem conceptionem et imaginationem fieri poterit, vel factus esset.

Interdum dissentiunt homines in negativo et affirmativo, et ambo in veritate locentur; uti hoc casu; Hic aristolochiam rotundam esse, ille longam esse contendit, utriusque sortis est, et ergo ambo in veritate inveniuntur, sed non in omni veritate; nam veritatem,

nihil

nihil nisi veritatem, et omnem veritatem sciamus.

Interdum homines dissentiunt magis in verbi vel nominis significatione genuina, et acceptatione vulgari quam re sincera et momenti.

Alii Religionem causam esse incredulitatis declarant; Nihil bonum est quod malum causat, eatenus quod malum causat: Nulla Religio veritatem exploratam debet infringere, nam deus est ipsa veracitas, et quicquid veracitatem oppugnat falsum est, ergoque ad deum non pertinet.

Deus nobis sensus 5 externas fallere non dedit, et in iis possint omnes concordare; sed in appetitu, inclinatione, et capabilitate dissentire dirigit nos, ab externis etiam contingentibus mutari ordinavit, quæ ipse, nobis nec præscientibus, nec avertere potentibus, prædestinavit; et secundum horum contingentium lapsum et casum, et cum peculiari nostra creata dispositione, phantasia, et capabilitate, agimus, et
 guber-

gubernamur : ita ut voluntas nostra est libera agere, secundum creatum nostram capabilitatem et appetitum peculiarem, et casum et accidentiam contingentium à deo occulte præordinatorum, et hæc clare, si omnia in et ad homines pertinentia experiamur, spectemus.

Quicquid unus vir album vidit, alter album vidit, sensus externus idem est; sed phantasia variamus, nam hic Album bonum esse colorem putat, ille malum esse colorem; potus Absynthites sapitur amarus ab hoc viro, et ab illo, hic vero placide gustat amarum liquorem, ille cum nausea.

Odorem Moschi fragrantem esse hic et ille olfacit; sed hic nocentem putat, ille salutarem, odorem. Sic in Tactu, quod unus frigidum esse, alter frigidum esse, putat; sensus externus concordit, et consentit : sed inclinatio naturalis, id est creata, differt; nam unus amat frigorem, alius tactu calorem.

Sic ambo viri Musicam audiant, et sonum talem esse una reputent; tamen unus approbat et amat, alter disapprobat et offenditur.

Nulla alia via est homines ad amorem, per unanimitatem et unum religionis et opinationis consensum, adducere, quam opportunitatem et occasionem quinque sensuum naturaliter eadem ita omnia conspectantium carpere, et si vera et multiplici experientia ducerentur homines, non adeo secundum suam phantasiam et imaginationem, omnibus creatam aliquatenus variare et hallucinare steterint, asseverare ea quæ suis peculiaribus phantasmatibus rationem videntur, aliis differenti phantasia et genio præditis non rationalia creduntur.

Ratio nihil est nisi experimentorum congeries, sive accumulatio, et cursu rei notæ, cursum rei ignotæ judicamus; et hoc putamus rationem esse, quod casu tantum et accidenter verum sit, conscientia eatenus in omnibus quod idem

dem est, et eadem dictat, est vere ratio, Deique principalis judex et similitudo; quicquid namque Deus in universali hominum natura creavit, absolute verum et bonum est, quicquidque remanet mere naturale, remanet sicut Deus creavit, et quicquid remanet sicut deus creavit, est suo genere, et ad suum officium, absolute perfectum: Natura est Dei lex, et nihil in ea malum est, nisi ei facilis ab intentione naturali creata, digressio, et apta deviare dispositio daretur.

Μόνῳ τῷ Θεῷ πρώτῳ μεγίστῳ καὶ ἀειστῷ δόξα, καὶ σέβασμα.

Vale, Lector, et me meis operibus, non mea opera per me, judicato: Experientiam per industriam, et veritatem per experientiam, colligas, quam cole. Tuus maneo per Dei favorem veritatis studiosus,

Scriptum apud *Hitchin*,
Anno Ætatis 28.

Gulielmus Drages.

Index

Index Sectionum.

Sect.

SECT. I.



SECT. I.

De tempore, quo solent quartanæ febres invadere.

TErtianæ Febres sæpiùs in vere et æstate communes, Quartanæque autumno, Quotidianæ etiam febres intermittentes in autumno vel hyeme, interdumque vere invadunt, sed aliquando ab invisibili aeris à stellis alteratæ qualitate Epidemicæ fiunt tertianæ in Autumno, atque malignæ, præsertim mensibus Augusti et Septembris, quartanæque in istis mensibus interdum epidemicæ sunt, et majorem contumaciam solito retineant, sed frequentiùs quartanæ non sunt Epidemicæ, et invadunt autumno, et ratio hæc est quia humores tunc temporis incrassantur, et post rarefactionem calo-

ris æstivi, subsidunt Autumno, concrescunt, et ventilatione solita vel transpiratione frustrata, putrescunt, biliosa materia magis vere crescit et movetur, calore exagitatur contrario, qualitas humoris quartanarum frigore hiemis figitur, et putrescit, et non mirum est, cum unum duas effectus in re una producit, duo contraria facilè duos contrarios in diversis effectus procreent.

Concede mihi rem, et gradus istius concedas, si autumno frequentius accidunt febres quartanæ, aliquæ citiùs aliquæ tardiùs invadere opinandum est, aliqui in initio Septembris capiuntur, aliqui in medio, alii in fine, alii in Octobris mense, alii in Novembris, alii in Decembris, alii in Januario, alii Februario, et rarò postea; et horum mensium quolibet die vel hora diurna vel nocturna homo febre corripi queat.

Certe nihil certius est in natura, quam sua incertitudo et varietas, sicu-

ti Quartanæ variant contumacia, longitate, ſævitia, duplicatione, intermiſſione, &c. ſic etiam in tempore invaſionis, tamen concedendum eſt, nonnunquam quartanas longiores et immaniores ferè omnibus eſſe, quàm aliis temporibus.

Non nobis hic convenit morare, ad probationem omnium actionum eſſe à peculiari rei cujuſdam qualitate, nam corpus cujuſlibet movendum eſt, non movet, ſpiritus ejuſdem illud movet, et ſicuti ſpiritus iſte tali vel aliena qualitate præditus eſt, tam varie movet corpus ſuum, et alterat.

Qualitas hæc nobis occulta, venit primariè ab aſtris, et per aerem, vim ſuam, in fiſtulas pulmonum vitæ neceſſitate attractum, immittit, humores quartanæ ante frigus hyemis erant in corpore, ſed qualitate iſta peculiari non præditi tali modo priùs non operabant.

Vero non omnibus eodem tempore eſt eadem ſtellarum operatio, nam hu-

jus talis stella est significator, alterius, altera, *Et quæ non prosunt singula, Juncta juvant.* Præterea omnes non habent similiter eandem quantitatem, vel talem qualitatem humorum, et cum patiens abest, vel ineptum est, agens nihil efficit, actio fit inter mutualem reciprocamque receptionem patientis cum agente.

Observavimus diversos morbo quopiam alieno in æstate, quas in initio hyemis inquartanarios mutantur, laborantes: nec cuilibet rationi vel causæ referri potest alteratio et mutatio symptomatum in morbis, nisi stellarum influentiis, *viz.* quæ planetæ vocantur.

SECT. 2.

De Subjecto, vel loco, vel foco febrium causæ intermittentium.

NIhil hic commodius et utilius esset, quam dissectiones varias ab autho-

authoribus extrahere ad hanc rem clare demonſtrandam,nam aliter conjectura tantum ducti ſumus, ſed quia eſt propoſitum noſtrum, nihil, quod extra noſtram venit experientiam, deſcribere, hic mœrore et incōmodo internorum viſcerum conſtitutionis et alterationis αὐτοψίαν præterimus.

Materia Tertianarum febrium magis fluctuat in ventriculo, et altius locatur quam quartanarum, hac ratione luculenta, quia vomitu ſæpè facile bilis flava, nigra, amara in tertianis, educitur inde ceſſante febre, etiam tertia vel quarta vice; nonnunquam ſeptimana, nonnunquam binis ſeptimanis Tertiana extinguitur, quartana ſæpe per 3 vel 4 Menſes, ſæpiùs ad ſemiannum protrahitur,interdumque ad ſeptennium, quia cauſa eſt viſcidior, glutinoſior, et profundiùs in viſceribus inſita.

Non negamus quod Quartanarii ſæpe ineunte paroxyſmo vomuat, et amarum ſæpe, flavamque, nigramque,

 viri-

viridemve materiam, ſed hæc à ſemine infecta eſt, non in ſe ſemen quartanæ continet, igitur expulſa non idcirco expellitur febris, ut Tertianariis frequentèr evenit.

Vulgus in ventriculo Quartanarum humorem cumbere putant, quia illic ſymptomata majora et plurima ſentiunt, ſed materia illic coaggerata eſt vitio officii, et infecta eſt ſemine quartanæ infrà eructante ſurſùm, omne ſemen, vel ſpiritus taliter qualificatus, omnem idoneam, qua miſcitur, materiam convertit in ſui ſubſtantiam et qualitatem.

Ego Anno 1657. quo vigebant quartanæ, et epidemicè graſſabantur, (etſi illam malignam Autumnalem ægritudinem præcedentem evaſi) correptus ſum ſubſequente quartana, quæ in cauſa fuit cur tot obſervationes collegi, et in methodum talem compoſui; extra paroxyſmos, ſi cereviſiam frigidam plus ſolito bibebam, in Lumbis diſtentionem et palpitatio-

nem

nem deprehensi, sed flatus esse ejusdem motrices à foco et fomite missos opinatus eram; nam in paroxysmis et pro prodomo distensionem et pulsationem in lumbis, inguine, & infra costas fere semper habui, mesenterium illic dorso alligatum, flatus et vapores crassos qualitate quartanæ infectos evomere et eructare poterit.

SECT. 3.

De Causa, materia Morbifica, vel fomite.

ET primum de præcedente, externa, et φαινομένως excitante causa.

1. Hyemalis constitutio, et aeris alteratio, perspicuè pluribus est causa, sed omnibus non eodem tempore et modo, sed stellæ quadam nobis secreta qualitate aerem inficientes, causæ sunt et infectionis et motionis tam mirabilis, materiæ quartanæ, morbificæ, et talis planeta magis in suo cor-

pore regit quam alia, et in alterius corpore alia plus regit quam tali, aptitudo etiam humorum ad hanc qualitatem imprimendam, quæ eorum tam mirabilem motum facit, consideranda, frigus naturaliter humores condensat, conglaciat, et oppilat, non aliter quam pedibus nive incedentibus, pernionibus infestatis, quæ perniones sunt inflãmationes plerumque frigidæ, nocturnis horis præsertim incalescentes, à frigore partem debilitante, et ista parte recipiente sanguinem putridum et heterogenium orientes.

2. Secunda procatarctica causa in meipso probatur, nempe esus pomorum cum potus frigidi potatione, nam ab hac primus febris inchoat paroxysmus, sed parum quarta postea die talem frigidum exspectavi paroxysmum: in aliis frigor externus, aquæ immersione, vel denudatis veste, vel potus frigidi potatione, vel cibis actualiter vel potentialiter frigefacientibus in causa est cur primus apparet insultus,

et

et cur cætera ſequuntur eodem more et methodo, dubioſum eſt certe reſolvi, ab his tam numeroſis experientiis facile conjiciamus cauſam quartanæ externam eſſe frigidam, vero Tertianarum febrium cauſæ præcedentes ſæpius minus refrigerantes, crebro vero veniunt refrigeratione externa vel interna.

3. Receptio medicamentorum purgantium indiſpoſitis primum ſuſcitavit paroxyſmum, præſertim iſto autumno 1657. diverſoſque obſervavimus ab epidemica æſtiva ægritudine in 1657. purgatos citius et aptius in quartanas incidiſſe, nam in humoribus potio purgans fermentationem facit, aloe, vel medicamenta aloetica præcipuè ſuſcitant febrem à primo, et ſuſcitatam invigorant, et ſingulam duplicant vel triplicant, preſertim ſi diebus paroxyſmi capiuntur, nec eſt medicamen citius et efficacius redintegrare paroxyſmos febris ceſſatos quam aloe, cauſam ignoro, venas aperit,

rit, et ſanguinis fuſionem efficit, hæmorrhoidibus nocet, ſed quomodo diſpoſitionem febrilem vel talem qualitatem humoribus communicaret neſcio. Obſervavimus etiam quibuſnam ceſſante febre quartana pilulis ſtomachicis aloeticis ſumptis Tertianam fieri febrem, Nicolaus Culpiperus in ſua tranſlata pharmacopæa aloes febricitantibns intermittenter nocere tradidit.

4. In ſacerdote quodam civili et pio quartana febris oritur à coruſcatione, ſed hac oſſa disjunguntur, emolliuntur, et claudus eſt, per 2 annos lecto detentus eſt, interdum convulſionibus vexatus, interdum febre quartana, adeo ut per vices duravit per diverſos annos, ille in hoc tonitru (mirum dici) omni parte læſus eſt exceptis oculis, ſocius qui eo fuit omni parte ſalvus fuit exceptis oculis, illi qui ſpirituum et ſpectrorum vim et potentiam et vias alterandi et creandi et annihilandi res denegant, à coruſcatione

cationc et tonitru admodum mirabilia videant, et si naturalibus naturali modo tam stupendia oriuntur, multò magis à spiritibus, nam omnes spiritus quasi spiritus habent naturæ cognatum, et connivente deo, quilibet spiritus potest maxima naturæ et longè supra potestatem cujuslibet causæ naturalis efficere ; et, ut verbo omnia componam, quicquid nobis possibile est cogitari, possibile est spiritibus actitari, aliter nostris spiritibus cogitari non donetur.

Secundò, Agitur de intrinseca et seminali causa, vel qualitate et quantitate materiæ morbificæ.

Quisquis veritatem tantum, omnem, et nihil ampliùs amplecteretur, à dissectionibus et autopsia in visceribus humanis certiorem reddi oporteat, nam à quibus extra veniunt, et à symptomatibus causam veram totalem noscere satis difficile est, et tenebris conjecturæ luctamur, tamen concedimus nimis multos traditione Authorum

rum tantum ab imaginatione et conjectura decerpta confidentius credere quam certis et numerosis à multis expertis sincere visionibus, sed extra nostri limitem exstat quæcunque in authoribus scribuntur, hic transcribere, nam sincere nostram sinceram experientiam volumus tradere.

A præcedentibus et subsequentibus causæ fit indicatio, utpote tradunt authores à nocentibus et juvantibus.

Causa non est sanguis, sed aliena sanguini, sanguine vero contenta, effusæ vero sanguinis aliquot libræ in quartanæ paroxysmo in æstate, (quæ quartana, primum fuit Tertiana, et tunc duplicabat, & tum in quartanam migrata est) per nares, febrem solvit, demonstrat, causam quartanæ alicujus esse sanguinem vitiosum, hæc quartana fuit affinis cum tertiana, & ab ea facta, differunt ut modo et mensura, sic qualitate et gradu causæ; sanguis mere ita, est nutrimentum naturale carnis,

carnis, ſed vitioſum cauſa morbi, ergo non eſt ſanguis ſed quod eo eſt, illum vitians, vel illi vitium communicans.

Sanguis purus vitæ ſalutaris eſt conſtitutio.

Sed in febribus non eſt ſalutaris vitæ conſtitutio.

Ergo in febribus ſanguis non eſt purus.

Quicquid morbum creet contrarium eſt ei quod ſalutem et nutritionem affert.

Sed merus et ſincerus ſanguis facit ad nutritionem et ſalutem.

Ergo eſt aliquid ſanguine, ſanguinis naturæ contrarium, quicquid nempe pure naturale, effectus pure naturæ congruus, et beneficiales parit. Ergo cum quolibet more ægrotat corpus, monſtrat aliquid in corpore eſſe ei adverſarium, ſed id non ſemper eſt additione materiæ heterogeniæ, ſed alteratione nonnunquam (qualitate aliqua heterogenia) humoris mere antea naturalis.

Hoc vitium ſanguinis quartanas, quotidianas, tertianas, aut ex iis compoſitas febres gignens, non eſt mere putreſcentia, ſed peculiaris fermentatio, et fermentatio eſt pugnacitas inter materias duas, contraria ſpirituum ſuorum qualitate, commiſtas beneficio caloris, nam calor duorum corporum particulas minimas exacte miſcit, et in inanimatis,ubi eſt contrarietas naturæ, eſt prælium et litigium, nam inter unum animal et alterum eſt odium et bellum, nulla alia cauſa, quam in corporibus ſuis eſt heterogenia ſanguinis qualitas, ergo cum bufonibus, araneis, &c. antipathiam habemus, quia in earum corporibus eſt qualitas noſtris ſpiritibus venenoſa, ſic in ſanguine eſt humor aliena natura vel qualitate præditus, qui cum peculiaritate ſuæ naturæ movet, ſanguini admiſcit, tunc eſt calor elevatus, fermentat ſanguis deſiderans, ope ſpirituum litigando, expellere inimicum, focus hujus humoris, in quo qualitas intermittens febri-

febrifica eſt, jacet in aliquo viſcere, *viz.* in hepate, ſplene, meſenterio, corde &c. et ſemen ejus in quartana in tres dies ad maturitatem venit, & tunc ſe prodit, et ſanguinem inficit, qui fermentat unde fit paroxyſmus, à paroxyſmo, ſudore, urina, vomitu, inſenſibili tranſpiratione, eruptione puſtularum, &c. materia infecta (partim præcipue) expellitur, et depuratur ſanguis, ſed fomes febris in viſcere priore veluti apoſtematoſo adhuc manens gradatim, ut ſemen creſcit, pergit ad alterum paroxyſmum excitare. In quotidianis materiæ occulta alia qualitate paroxyſmus fit ſemper intra 24 horas, ſemen namque maturitatem gignit pauciore tempore, et cum maturum eſt ſanguinem inficit, ebullire facit, ut ejiciat inimicum, qui demum ſudore, urina, vomitu, puſtulis, exſcreatione, & tranſpiratione ejicitur, ſed ſeminarium morbi adhuc in viſcere priore apoſtematis vel inflammationis more cumbens, qualitate

vero apostematibus vel inflãmationibus communibus infrequente, intra totidem horas sese prodit, cum maturitatem adipiscitur, et semen suum in sanguine ad maturitatem crescitur, sic in Tertianis humor est peculiaritate ab his præditus, ut semen intra 2 dies exacte ad maturitatem pervenit, et paroxysmos ciat, humor in Tertianis est calidior, tenuior, et acrior, quam in quotidianis et Quartanis.

Cum duplex sit quartana vel tertiana, conjiciendum, est focus seminarius in 2 visceribus, vel 2 locis unius parenchymatis visceris, interdum seminarium febrificum adeo dissipatur, dividitur, et spargitur, ut nullus exactus sit paroxysmus sed omnibus horis ægrotat patiens, sæpius vero horis antea paroxysmis assuetis crescit ægritudo, etsi nullus distinctus vel formalis existit paroxysmus.

Cur paroxysmi constanter consueto tempore appareant, ut in quotidianis semper tali hora diei, in Tertianis, certo

certo tempore tertia quaque die, in quartanis etiam preposito tempore quartæ diei invadunt, multis est quæstio difficilis resolvi, nos vero in omnibus philosopkiæ rebus studiosi hanc reponimus mundo rationem, quod, quidlibet semen suum definitum et distinctum tempus habet quo maturat et accrescit perfectioni, spuma vel morsus canis rabidi sanguinem inficit, et in mense, cum semen ejus in sanguine fit maturum, hominem tali natura quoad naturam seminis infectionis, inficit, homo latrat, aquam timet, rabie corripitur, mordit, excurrit, &c. sic quodlibet semen omnem recipientem vel adventitiam materiam, si idonea sit, in sui naturam transmutat, sed hoc semen sæpius mensem vel 20 dies requirit antea ad perfectionem venit, cursu lunæ multum perficitur et movetur, et plenilunio sanguis magis exsuperat et redundat quam decrescente luna.

Ex aconito planta &c. venenatis

parant venena, quæ definito et ſtato tempore interimant, nempe ſemen, vel ſpiritus talis qualitatis magis obtuſus et infractus ad maturitatem tardius in ſanguine pervenit, vero toto ſuo robore res data citius et fortius necat, adeo ut ad certum tempus necare preparare noſcunt, et aliqua venena intra corpus per annum decumbunt, ante ſemen vel ſpiritus venenoſæ nobis qualitatis totam ſanguinis maſſam adeo infecit, ut ebulliret ad ſe defæcandum, ſed quomodo ſanguis fermentat eſt controvertendum.

Cor principium ſeminarium ſanguinis, guſtat ſanguinem, per eum tranſientem, et cum aliena guſtat qualitate infectum eſſe, expellit celeriter; ob fugam vacui, plus in cor irruit, cor ſapit, et guſtat ſuæ naturæ inimicum eſſe, et ſtatim expellit, et tunc celerius plus intromittitur, adeo ut ſyſtole et diaſtole motio ſanguinis acceleratur et elevatur, à celeri motione calor in omnibus fit, à calore exacte miſtis

ſtis partibus utriuſque minutis ſit fermentatio, in fermentatione, natura conatur expellere heterogenia qualitate infectam, materiam ſanguini admiſtam, et poſt aliquot horas ſudore habitus tranſpiratione, urina, vomitu, puſtulis, ſede vel aliter efficaciter peragit.

Ita agit in lue venerea, in morbillis, febre purpurea, petechiali, in variolis, peſte, etiam in aliis venenis plantarum et animalium.

In omni veneno eſt definitum tempus operationis, ſecundum ſuam peculiarem qualitatem à deo ab origine creationis deditam, quare cantharidibus deus daret cauſticam qualitatem, quare Rheo barbero purgativam, quare Helleboro vomitivam, quare bolo armeniæ aſtrictivam, quare abſinthio amaritudinem, quare glyciri- zæ dulcedinem, quare torpedini ſtupefactionem, quare magneti attractionem? hæc omnia à dei placitu pendunt, nec ulla dari poteſt ratio tot et tantarum differentium qualitatum. Et qui

his tales qualitates dedit, etiam vim tanto temporis spatio (peculiare quid horum omnium) agendi dedit.

Forsitan jam hic vir ab infecto morbillis abit, et 14 vel 15 diebus elapsis morbo laborat, alius visitat variolis laborantes et variolis non laborat ante 10 vel 20 diem, quia semina morbi à visitatione ægri variolis laborantis, in aere per inspirationem attracta, non antea ad maturitatem perveniebant; luna etiam, secundum motus varietatem, nunc eruptionem accelerat, nunc prorogat, sicuti Dominus ascendentis et sextæ domus astronomicæ celeres vel tardi sunt, sic (motione lunæ considerata) celerius vel tardius prorumpunt exanthemata.

Simile causæ febrium intermittentium hic describamus; Observavimus perniones, vel calcis frigidam Inflammationem, ab hyemali frigore, vel gelu, vel nive ortam, per diem frigidi pedes, præsertim per 2 vel 3 horas versus noctem, tunc ab extremo illo

frigore, gradatim incalescunt, donec calidissimi et rubicundissimi sunt, tunc pruriunt & urunt, has perniones in frigido paroxysmo acu compunxi, et exibat serosa materia, veluti aqua pallida, in calido paroxysmo calcis perniones pungitavi, cum rubræ vident, (antea namque in frigore pallidæ apparuere) et sanguinem profundebant, et quis deneget idem esse in intimis visceribus paroxysmos febriles excitans, prius apostematosa inflammatio à frigore externo vel refrigefacientibus in aliquo viscere causatur, qualitate peculiari donata; ut per diem alteram vel ternam mite et silenter decumbit, postea serosa aquosa purulenta materia apostematis vel inflammationis incipit movere, et motione facta, rigore et concussione corporis, sanguis advehitur, tunc incipit exacta inflammatio formari; prior conditio frigidum, secunda calidum paroxysmum suscitavit.

Omnes paroxysmi excitantur, et pe-

peculiariter ordinantur quoad vices, gradus, et genera, peculiaritate qualitatis humoris, sic sunt convulsiones, Epilepsiæ, hystericæ passiones & vertigines, natura, ordine et methodo quam tradidere authores non pergit, nec symptomatibus, nec interna causa, nam quilibet ab altero differt, et multi paroxysmi difficulter queant appellari vel convulsiones, vel Epilepsiæ, vel hystericæ vel vertigines, nam in omni casu est aliqua singularitas, & in omni patiente aliquid novum vel incommune, et rarum est invenire multos patientes iisdem morbis, iisdemque moribus, ut scripsere antiqui, nam illos casus, qui ab illis pro methodo et communi regula naturæ scripta sunt, quam rarissime secundum suam descriptionem regulariter ire vidimus.

Præterea, si corporum omnes partes, et earum partium singulas indispositiones, per foramina introspiciamus, non prognosticemus eventum, nec possimus, nisi casu et accidenter, quid sequatur,

vel

vel in quem morbum vertatur, dicere; nam eſt qualitas viſui occulta, ſpiritus humoris, quæ eum movet et alterat, ſic talis materia in lapidem, talis in vermem, talis in ſcirrhum, talis in crinem, talis in pinguedinem, noſtro viſui ſimilis, vertatur.

Plebs medicorum ait quartanam febrem à melancholia, tertianam à cholera, quotidianam à pituita putrefacta oriendam eſſe: Hoc fateor, melancholici cogitatione magis proni ſunt quartanis, ſanguinei et cholerici, tertianis, pituitoſi vel phlegmatici, quotidianis; vero interdum ſanguinei quartanas, phlegmatici tertianas, et melancholici quotidianas patiuntur.

Communiter experti ſumus homines ſedentariæ vitæ, converſationis civilis, cogitationis ſeriæ, et dejectæ, magis corripiuntur quartanis, et longius iis detinentur quam agiles, robuſti, jucundi, et hilares homines.

Plebs plebis putat cauſam eſſe ventum vel flatum, quia eructando, vel flatum

tum ejiciendo, aliquam alleviationem capiunt, nam antea distenti fuere; sed in plerisque morbis, presertim cronicis et frigidis, officio partium infrigerato inde oppilantur, unde ventus et flatus oritur, non prout causa, sed effectus causæ.

Ante paroxysmum nonnulli magis flatu venantur, et inde flatus causare paroxysmos putant.

Nonnulli vulgi dicunt febres intermittentes esse spiritum malum, quasi κακοδαίμονες; aliter arguunt, certum tempus invasionis non semper tam certe noscat humor, nec adeo elevatum esset pectus, distenta latera, concussa sint corpora; et in calore μανιωδῶς aliqui se gerant, et varia phantasmata et repræsentationes imaginationi offerantur, nisi spiritu impuro isto tempore intrati et possessi fuere.

Concedimus spiritus impuros nostra corpora intrare, varie et truculenter agere et movere, vero altiori gradu, et magis horribilibus modis, quam in febribus

bribus accidit: Possibile est, raro vero accidit, ut qui effacinantur hoc modo laborant, sed rationi et veracitati nullo modo inconsentaneum est idem fieri à natura quod etiam fit vel fieri potest à spiritibus, sed multa sunt quæ fiunt à spiritibus, quæ à natura minime vel gradu vel modo fieri queant.

Qui dissolute vivunt epulis, crapula, ebrietate, &c. rarius quartanis capiuntur, raroque qualibet intermittente febre, etsi nostræ rationi consentaneum videatur; nec phlethoricæ constitutiones vel graciles quid ad febrem causandam conferunt.

SECT. 4.

De Signis Diagnosticis.

ET primum de signis quartanas vel Tertianas antecedentibus.

Anno 1657. cum grassabantur epidemice quartanæ, sufficiens fere omen fuit si autumnali maligno morbo correpti

repti fuere illico, illo decrescente, quartana corripi; in aliis, quibus illius gravamen et malignitas non præibat, prodromi paroxysmorum quartanæ per 3 vel 4 dies fuere indispositio totius corporis, capitis et ventriculi intemperies, cephalalgia, pulsatione arteriarum, inclinatio ad vomitionem, nausea stomachi, inclinatio pandiculationis, in nonnullis hæc corporis ægritudo et indispositio præibat ante febris invasionem per 4, 5, vel 6 dies; in aliis, tantum pro 1 die antequā febre capti erant, male habent, et omnes plus minus differunt; sed nisi tempore, quo epidemicæ sunt febres intermittentes, hæc signa esse omina febris intermittentis, vel prodromos ejusdem, difficile est recte pronunciare.

Secunda signa distinctionis sunt inter Tertianas, quartanas & quotidianas; Invasio quartanæ plerumque est minori calore, siti et colore, quam tertianæ, frigidum paroxysmum quartanæ habent longiorem, majori rigore et con-

concuſſione; ſed interdum ea accidunt tertianis, quæ ſolent eſſe propria quartanis; et ea quæ ſolent propria eſſe quotidianis, Tertianis maxime nonnunquam vexant; natura varie in variis operat, et una et eadem cauſa in 2 Subjectis diverſe agit.

In aliquibus febris prima invaſio, vel paroxyſmus, levior eſt, ſecunda gravior, tertia ad ſummum vigorem pervenit; in aliis, ut in meipſo, primus paroxyſmorum incurſus fuit vehemens, ſecundus mitior, tertius etiam mitior ſecundo, ſed quartus potius augetur, ſic et quintus, frequentiſſime accidit in omnibus febribus intermittentibus ut nunc et tunc paroxyſmus eſt gravior, vel levior, vel febris intermittit vel duplicat, nullâ nobis viſâ ratione, et potius planetis referendum eſt.

Urina in omnibus febribus intermittentibus variat, ſicuti in aliis morbis, ſed parum à mutatione urinæ depromendæ ſunt veræ indicationes, in ſanis in horas mutat urina, et multi morti

morti propinqui meliorem habent urinam; eadem est interdum in quartana, quotidiana et tertiana, vel earum compositis febribus, et interdum in uno corpore una febre detento in diem variat, in nonnullis in primo paroxysmo observavimus urinam esse paucam et paulo rubicundam, postea rubicundior et crassior vertitur, et tam bene extra quam intra paroxysmum discolorata est.

Sedimentum in aliis est album, fæculentum, in aliis assimilatur lateribus pulverizatis, plerumque longius fit, à paroxysmo clarior est reddita urina, quia in paroxysmo, ob commotionem, fæces et humores in vias naturæ communes et canales detruduntur; post paroxysmum subsidunt et quiescunt, et ego in meipso deprehensi parvam urinæ copiam emisisse inter paroxysmos, sed beneficio paroxysmi abunde minxi, adeo ut miratus sum ubi et quibus vasis omnis illa urina per istas 2 vel 3 dies remansit, et contenta fuit.

Vulgus

Vulgus in his, ut in aliis plurimis morbis, medici expectant prophetiam urinis, nec est quicquid aptius fallere, minusque confidendum, quam urinæ, si medicus quavis impostura dolorem et ægritudinem detegit, sub specie urinæ, sibi ultra alios, bene cognitæ, in omnibus aliis doctum et peritum existimat vulgus, in Tertianis plerumque urinæ rubidiores quam quartanis, et in quotidianis albidiores quam quartanis, vero hæc tantum interdum vera conspiciuntur.

Sudor plerumque in Quartanis minor et parcior quam Tertianis, attamen aliqui quartanarii plus sudant quam aliqui Tertianarii, in quotidianis sæpe parca sudatio, sed nonnunquam copiosa; in una et eadem persona nulla est in primis paroxysmis sudatio, in posterioribus, copiosa, sudor nihil aliud est quam serum sanguinis, igitur in nonnullis egregie sudantibus, cute rara, sanguis perfectus per cutis poros permeavit.

Alia multa ſunt ſigna febrium intermittentium, quæ potius ſymptomatibus referri debent, ergo hic omittamus, et inter ſymptomata recenſemus.

Imminentis paroxyſmi hæc obſervavimus in diverſis, nempe, digitorum pallorem et frigorem, faciei pallorem et frigorem, quaſi cito per faciem excurrentem, veluti aqua frigida perfuſa fuit, colli dolorem cum frigore, frigidos vapores excurrentes corpus, pandiculationes excitantes, et vomitioni provocationes, ſed ſi tentant nihil niſi aerem expuunt, oſſibus ut exprimunt dolorem, et laborioſam apprehenſionem, ventriculi malam affectionem et nauſeam, ſed in aliis alia ſigna apparent, et vix in ullo omnia, et viæ in ullo nulla hæc ſigna prægrediuntur.

SECT.

SECT. 5.

De Signis Prognosticis.

OMnium rerum prognosis morborum difficillima secretissimaque est; prudentis igitur est medici prognosticationem deferre, nam in omnibus fere morbis nulla certitudo, nec, si causas internas possimus inspicere, eventum vel alterationem, nisi casu et accidenter, vere pronuntiemus; et in omnibus morbis interdum est intermissio vel alleviatio, in quibus circumstantes aiunt afflictos mori nequaquam, sed accedentibus paroxysmis morbi vel exacerbationibus aiunt afflictos morti succumbere necesse est, et omnes fere habent alleviationem et aggravationem morbi, multique debiles fiunt, qui non moriuntur, multique strenues sunt qui moriuntur: nec omnimodam rationem scimus, cur anima, in

in nonnullis, corpus, thecam suam, adeo cito et facile derelinquit.

1. Agitur de signis febrem intermittentem venire præsagientibus.

De his in signis diagnosticis ultimo scriptum est.

Qui ægritudine capti sunt celeriter, et capite morbiunt et ventriculo, vomitu interdum sublevantur, sed si non, somno possint sublevari, sed si non, frequenter accidit ut febriscunt; si in autumno id fit, quartana fit; si æstate vel vere, Tertiana; si in hyeme vel vere, quartana vel quotidiana, legalis vel immethodica.

2. Agitur de signis periculum morbi vel symptomatum denotantibus.

Plurimi eorum qui moriebantur in 1657. habuere vel paroxysmorum duplicationem vel triplicationem, vel eorum totalem amissionem, qui habuere totalem amissionem fere semper, quasi in paroxysmo stabant, vel qui quasi in paroxysmo semper stabant distinctorum

rum paroxyſmorum totalem habuere amiſſionem; ad beneficium certe naturæ fuit paroxyſmos habere, nam per eos coaggerata et putrifacta materia expungitur, ſed cum hæc in corpore more febris priore accumulatur et putreſcit et non excernitur more febris priore, neceſſe eſt ut patiens in deterius ruat, et hi κακοςόμαχι erant, vento oppreſſi, dyſpnæa, laſſitudine, dyſpepſia, cacochymia laborantes; in aliquibus in calore paroxyſmi ante mortem forte fuit delirium, alii gradatim morituri fuere, declinante voce, per diem et noctem, cum quiete, ſtertore et defectu ſpiritus plerique diſcedebant.

1. Raro eſt periculum, etſi paroxyſmi valde violentes ſunt, ſi rectum typum et tempus ſervant.

2. Si naturali ordine veniunt, proportionatis calore et frigore, ſi juſto tempore incurrit frigor, recto curſu, gradu, & tempore utens, tunc calor ſi advenit, gradatim creſcens, et poſt 2 horas ſudor erumpit, et ſi hoc ſudore

dore calor post 4 horas plus minus evolat et mitigatur.

3. Si paroxysmi, singulos qui solent esse,nunc duplicant vel triplicant, malum ; quia natura redit, et morbus dominat, inter paroxysmos minor est alleviatio, et naturæ virium restauratio.

4. Si sunt multa mala vel pauca pernitiosa symptomata, malum ; quia naturæ flacciditas et debilitatio apparet, et morbi major congeries,vel pravior natura, quam sincere febrem constituere sufficiat, Asthmata, dyspnæa, Tormenta intestinorum cum febre extra paroxysmos lethalis esse eventus, observavimus.

5. Qui bene se habent à paroxysmis ad paroxysmos, parvum habent periculum; sed quibus inter, tam bene quam in paroxysmis, est dolor,mala symptomata, dyspnæa, apepsia, inflatio, & oppilationes pectoris, inest iis multum periculum.

6. Si febris intermittens nullo alio

morbo

morbo copuletur, utpote icteritiâ, hydrope, scorbuto, cachexia, &c. de se paucum exhibet damnum.

7. Juvenibus presertim Tertianæ familiares, sæpeque salutares, si methodo naturali currunt, et 4 vel 5 paroxysmos non excedunt, internis illæsis partibus; sed quartanæ, quæ sequebantur autumnalem morbum heterogeniæ qualitatis 1657. surripuere & interfecere diversos veteres, errante, duplicante vel triplicante febre.

8. Extuberantia pectoris, cum ejusdem oppressione et fartura, et anhelitu, in senibus periculosa; presertim cum febris typam suum non retinet, sed in hyeme errat, duplicat vel triplicat, et post narcotica ad causam febris cessandæ si prædicta veniunt, præcipue in veteribus, malum; nonnulli antiqui homines, qui malignitatem antecedentis morbi maligni evasere, in quartanas incidentes mortui fuere 1657. quicunque inimicus etsi debilis cum debili pugnet, vincat, et

quicunque fortior cum fortiore purgnet, vincatur.

9. Frigiditas ingens in paroxyſmis nonnullis lethalis; in puerulis namque obſervavimus, ſtuporem à frigore tantum eſſe, ut fere vita deprivati erant, et unus puerulus paroxyſmos per 20 dies admittit, male per omnes illos dies habens, dein in febris frigidum paroxyſmum incidit, excedente iſto frigore, nec ei calor aſſequebatur, ne naturalis quidem, adeo ut morte multatur.

10. Quibuſcunque paroxyſmi gradatim et paulatim decreſcunt magnitudine, typum ſuum ſervantes, et illico omnino poſt ſemiannum extinguuntur, ſpes eſt ut nunquam deinceps redeant, et in poſterum melius et quam optime habeant. Vero ſi paroxyſmi ceſſant nulla præeunte diminutione et decretione, et relictis paroxyſmis male ſe habent, deſperandum eſt, febrem omnino tolli; ſi vero non redit vel relabitur, in morbum deteriorem vertatur,

tur, nisi aliquod bonum medicamen causam extirpavit, vel naturaliter exituræ, vomitiones, criticæ evacuationes et similes præcedebant; et qui cessata febre intermittente non melius et recte valetudinem recuperant, præsertim si nullâ apparente causâ, vel naturali methodo præcedente, nihilominus febrem non iterum habeant, humores ejusdem in corpore retinent, iis ut testimonium sæpe adsunt, debilitas, lassitudo, dyspnæa, dolor stomachi, pectoris fartura, Juncturarum dolor, tussis, cephalalgia, et intemperies præternaturalis calida; sed binos eodem more et modo laborare exacte difficile est invenire: per paroxysmos, si continuati fuere, natura poterit hos noxios humores expellere, qui nunc variegatim circumferuntur, et totum corpus defatigant et offendunt, nullâ patibili viâ cito expellendi.

3. Agitur de signis eventum febrium intermittentium, præcipue quartanarum, prognosticantibus.

Quartanæ, quæ primarie tertianæ fuere, vel interdum in eas degenerant, facilius plerumque curantur, denotat materiam morbificam tenuem nimis pro quartana, et craſſam viſcoſamque nimis pro tertiana ; calidis et acribus partibus evolantibus, quartana ex tertianis fieri poſſint, etiam accedente frigore ; ſic in quartanis aliquamdiu intermiſſis, relabentes tertianam interdum febrem inveniunt, interdum cauſa eſt conſpicua, interdum abſolute occulta, quænam dari poteſt ratio, cur antea, ante intermiſſionem vel ceſſationem, per ſeptimanam vel duas, febris tantum ſemel in 3 diebus adfuit paroxyſmus, et jam relapſus eſt, paroxyſmus, et jam relapſus eſt, paroxyſmus eſt ſemel in 2 diebus.

Hæc obſervavimus præire quartanarum ceſſationem, interdumque aliarum febrium intermittentium.

1. Vomitus patientis inſtanter ante vel poſt, vel in paroxyſmo frigido, qui frequenter non eſt copioſæ materiæ,

ſed nonnullæ amaræ materiæ ejectæ, concoctionem humorum demonſtrante, & aptitudinem eorum expelli, multi ſolent ante quemlibet paroxyſmum vomere, et multam ejiciunt materiam, ante vel in quolibet paroxyſmo, per longum tempus; et in principio, vel in medio febris, tam bene quam in fine, hæccine vomitio adeſt, & tales non ab ea allevantur.

2. Cum exituræ labiorum, faciei, vel corporis puſtulæ apparent toto corpore, vel ſpatioſe una parte, ſi in vere ſit, et febrium paroxyſmorum declinatione, ſolutionem morbi indicat.

3. Cum vere vel æſtate paroxyſmi valde debiles, & per ſemiannum continuavere, vel ulterius, et iis paroxyſmorum πρόδρομος eſt ſomnolentia et ſoporoſa inclinatio, ſæpe accidit ut ſtatim tunc temporis evaneſcunt.

Alia in aliis ſunt prognoſtica ſigna ſolutionis naturalis febris, quot homines tot mores.

Cum dantur medicinæ efficaces in vere et hyeme, declinante febre, præsertim bona hora quoad planetarum positionem, spes est ut vincant morbum; aliter in hyeme, in vigore febris, in melancholicis personis, et lac et cerevisiam ingurgitantibus, in sedentarie viventibus, et aliter debilibus corporibus, dubitanda est curatio.

Nullum est medicamen adeo certum ut omnes curet, nullum neque adeo debile ut neminem curavit; et quot in officinæ pharmacopolæ sunt medicamina, tot, ab uno vel altero, uno vel altero tempore, pro febribus intermittentibus usurpantur.

Quod curat 3 simul, in quarto fallat, et quod fallat in 3 simul, in quarto curet; et unus curatur tali, alter, altero; Tertius, novo; quartus, alio ab his medicamine; et quibuscunque sponte cessaturi sunt paroxysmi, iis vilior medicina valeat, quibus vero nulla est paroxysmorum dispositio ad ces-

cessationem vel intermissionem, fortes medicinæ flaccescant.

Tamen spes major est ab aliquibus medicamentis, qualibet hora, quam ab aliis; et nonnulla quolibet tempore curant 10 in 20.

Quicquid ad naturæ amicitiam et opitulationem datur, naturæ motui adversarium, nullam agit opitulationem; Nos naturæ servi, nisi suis conatibus assistimur, suo conatu oppugnamur, & tunc frangitur medicinæ vis, cum disposita est natura (ab astrali dispositione, quam aliis in nostris libris lectori clare et ratione et experimentis plurimis satisfactionem demus) levior ars opitulatur, sed cum nobis natura non operat, contra fluminis agmen inane niti.

Quoad Tempus quartanarum, frequentius incipiunt et desinunt cum hyeme, rarius breviorem habent circuitum quam frigorem hyemalem totalem; et si in corporibus bene dispositis, bene regnatis, et ordinate viven-

ventibus accidunt, raro quin ſemianno ſolvuntur, quia naturaliter, id eſt communius, concoqui ſolet materia quartanarum morbifica, in æſtate tempus minus ſervit ad iſtum terrenum humorem concoquendum vel abſumendum, et enervandum; ſed naturalis Regula eſt carere regula, nam vix in duobus idem in omnibus evenit; aliquibus, arte vel natura, curantur quartanæ in 3 vel 4 vel 7 paroxyſmis; in aliis, in 3 menſibus; aliis, non intra annum, vel 2 vel 3; et plures ſunt qui quartanam habent ad 3 annum protractum, quam ultra; aliquando vero ad ſeptimum annum perſeverat, nunquam longius audivi, in æſtate plerumque facilior et mitior, in hyeme vero redit quartanæ ſolitus rigor et calor, et aliæ circumſtantiæ; Tertianæ raro ad 3 menſes durant, ni mutantur, vel complicantur.

Proxime Agitur de periculo ſymptomatum, morborum vel effectuum febribus intermittentibus conjuncto-

junctorum, vel supervenientium.

1. Eruptiones et pustulæ in labiis cum scabritie in Tertianis, post 3 vel 4 paroxysmum, sæpe cessationem ostendunt, aliquando vero non; nullum est quod præsagium omnibus est, nullumque præsagium est quod idem semper prædicit: in quartana hæ eruptiones et pustulæ labrorum, etsi vulgus credunt esse in iis, tam bene quam tertianis, certum cessationis signum, si frequenter accidant, raro solutionem morbi portendunt, raroque in quartanis visæ sunt; in vere quibus tertiana per 3 vel 4 paroxysmos mansit, si exituræ et pustulæ erumpunt facie, signum est solutionis, sed nullum signum infallibile, et quotidianis quia humor, ut est in quartanis, crassior, frigidior, et minus tenuis et fluxilis, raro has eruptiones vel pustulas scabritiemque efficit.

2. Febris immethodica accessio, duplicatio vel triplicatio numerorum paroxysmorum in omnibus malum.

qua-

quartanæ longæ crebro typum aliquo tempore mutant ; et ſæpe in meipſo, et aliis, obſervari, in proceſſu temporis, mala diæta, nimia potatione, frigido corporis habitu, parvum ortum eſſe paroxyſmum in quartanis, quem quartanarii parvum paroxyſmum appellant, et cum pauco frigore et inde exiguo calore procedit die proximo interdum paroxyſmo generali et originali, interdum die ante paroxyſmum originalem, ad naturæ debilitationem facit, et exſpatiationis, et diverſa loca occupantis humoris indicatio eſt ; quartanæ duplicatio et triplicatio in ſenibus 1657. lethale fuit Signum.

3. Aſthmatici affectus in his ut in omnibus aliis morbis periculoſi ; nam aura et ſpiratione vivimus, et in omni caſu neceſſitas eſt ſpirandi : Aeris inſpiratio per pulmones eſt cordis ventilatio, nam cor eſt ignis noſtrorum corporum, et pulmo eſt follis, ſi ignis non aere inflatur per folles, palleſcit et moritur ; ignis in potentia, non in actu, eſt

cau-

causa partim motionis, motio calorem vel ignem in actum ponit, actus calorē consequenterque vitam conservat.

4. In Quartanis et quotidianis, quia flatus, phlegma, et aqua redundant, major horum est exsuperantia, pejus est; Inflationes, pituitosæ extumescentiæ corporis, leucophlegmatiæ appellatæ, Aquæ tumores, hydropes appellati, mala sunt: quot corpora hydrope affecta, tot differentiæ; quicquid longius à naturali habitu recedit, tanto deterius, et quanto in sanitate et valitudine inassuefactum, tanto periculosius; si ea in morbo accidunt, (etsi aliis mala signa) quæ solent in sanitate accidere, minus periculosa.

5. Hæmorrhagiæ narium, vel aliorum locorum, aliquando levamen ferunt, aliquando debilitationem, et frigorem: per istas hæmorrhagias, si largas, sæpe sanguis purus et spiritus in iis contentus evacuatur, relicta interna morbida causa, adeo ut amico naturæ debilitato, corroboratur inimicus, et

et magis causa morbifica exspatiat et dominatur. In puero observavimus largam sanguinis per nares effusionem, in quartana, cito eam solvere, et ad sanitatem ducere; et difficile est prædicere quibus bene, quibus male, fluxio sanguinis accidat: Complexio sanguinea est aliquid dicere bene fieri sanguinis naturalem fluxum, sed non semper ita evenit; in melancholicis complexionibus interdum bona est hæmorrhagia, et interdum in pituitosis, sed rarius; qui magis sanguine abundant non semper rubicundiores facie conspiciuntur.

Qui in calidis paroxysmis, præsertim tertianarum, ingentem cephalalgiam habent, fluxu sanguinis per nares sæpe allevantur; et, si moderatus sit, raro lædit.

6. Papulæ, pustulæ, et exanthemata erumpentia per cutim corporis, in quartana, quæ secuta fuit morbo epidemico maligno 1657. valde commoda fuere; in aliquibus tales eruptiones

nes ſequebantur antidotos, purgationes, et diaphoretica, in quartana ſumta.

Malum eſt ſignum, quod indicat quid naturæ heterogenium in ſanguine eſſe; ſed ſi in ſanguine eſt, bonum eſt ſignum, quod indicat ejuſdem heterogeniæ materiæ exitionem, melius fuit non eſſe in corpore, ſed ente in corpore, melius eſt excerni, quam retineri.

7. In Graviditate, etſi damnum à quartana et matri et infanti ſuſpiceretur, tamen aliquando mulieribus ternis annis quartana laborantibus, optime ſuccedit parturitio et puerulos bene diſpoſitos habent, vero interdum ſpiritibus et vigore corporis nonnihil deficientes.

De Criticis Evacuationibus, ad prognoſin pertinentibus.

De puſtulis labrorum, et papulis, eruptionibuſque totius corporis antea deſcribitur; etiam de hæmorrhagiis, in Tertianis præſertim, interdumque

quar-

quartanis, criticæ evacuationes, si in Tertianæ febris fine hæ evacuationes accidunt, probabile est, nullis contradicentibus, so.vi.

Juvenis in vere tertianam habuit febrem, quæ dein in duplicem tertianam vertitur, et postea in quartanam (exacte 1 tantum paroxysmum in 3 diebus patiens) vertitur; paroxysmi magis calore vexabant quam frigore, etiam tempore in Aprili calidiore; in uno paroxysmo ante caloris invasionem nares fundunt sanguinem, ad 3 vel 4 libras, et calidum paroxysmum expectatum amisit, nec deinceps passus est paroxysmum, sed è toto ab ista evacuatione liber evasit.

Observavimus ubi cito pedes tumescunt, febris aliquando remisit, et crescente eorum tumore, relinquit magis febris corpus; Sed aliquando, et tument pedes, et febris violens, si pedes vel tibiæ suppurantur sæpe fiunt ulcera sordida, saniosa, cum larga defluxione continue, ut difficile curantur.

De

De ultima Febrium Conclusione.

Ultima febrium, præsertim quartanarum, conclusio est salutaris; etiam de tertianis vulgo dicitur, *Febris in vere est medicamen pro rege*. Tertianæ, si debitum sudorem et excretiones habent, et manent non amplius quam ad 4, 5 vel 6 paroxysmum, nullum alium relinquentes morbum, vel morbo cuipiam superveniente, sæpe ad salutem ducunt, vere præcipue: sic quartanæ febres si recte ordine et methodo currunt, etsi longe manent, si naturales excretiones perficiant, per diversos annos postea reddunt homines magis sanos et salutares; et aliquos audivi medicos affirmare, ii, qui rectum cursum quartanæ passi sunt, nullis internis labifactis partibus, salviores et valentiores essent, usque ad 20 annum; nam corporum impuritates, et sanguinis corruptela, tantis paroxysmis absumuntur. Non observavimus eos, qui ingluvie, fructu, crapula, victu corrupto, κακόχυμα ingurgitabant, citius corri-

pi antecedente maligno morbo, vel quartana ſuccedente, quam alios.

Proxime diſputandum eſt anne quartanæ, vel aliæ febres intermittentes, contagioſæ ſunt, vel inficientes.

Συνάφεια eſt contages, ſive infectio, cum latinis; nihil aliud eſt, quam ſemina morbi, à corpore aliquo ad corpus alterum, per aeris communicationem, vel contactum, tranſmiſſa, quo in corpore inveniunt ſuccum idoneum, alibilem, vel diſpoſitionem ſanguinis talem eſſe, ut his ſeminibus facile in eorum naturam tranſmutatur, et cum ad maturitatem veniunt, produnt eundem morbum in iſto corpore, utpote fuit in corpore unde aboriebantur.

Vero omnium morborum ſemina non ſunt prolifica; ſi omnes habeant ſemina, et qui habent ſemina eaque prolifica, ſi in juſto qualificato corpore non ſeminantur, non creſcunt, ſed aliqua heterogenia ſanguinis vel humorum qualitate necantur, vel degenerant.

Febres intermittentes, tametſi epidemicæ

demicæ fiant, non inter contagiosos morbos recensentur; tamen quia aliquot quartanarum observationes ad eandem rem vidimus, hic deponere oportet.

Puella quartana laborans desideravit venam secari, pater ejus, artis compos, brachii venam tundebat, ille in fluxu sanguinis dixit morbidum sanguinis odorem ad nares vehi, et inde justo tempore paroxysmorum filiæ, febre corripitur, ad 3 vel 4 paroxysmum, non valde fortiter; et isto tempore, et longius, filia ejus amisit paroxysmos, qui post 2 septimanas redicere, sed hoc potius à transplantatione quam aliter, de qua re plura ad veritatis probationem et illustrationem postea in hoc opere sequantur.

Sacerdos Huntingtoniensis, circa Annum 1657. cum uxore in paroxysmo cumbens, bis vel ter paroxysmos, leves passus est, deinceps vero liber evasit.

Secundus etiam cumbens cum quar-

tanario in paroxyſmo, 2 vel 3 paſſus eſt leves paroxyſmos, deinceps vero plures non habuit; vero fuit illa epidemica quartana 1657. ſequens epidemicum malignum autumnalem morbum; in aliis quartanis, ſudor vel exhalatio corporibus, alium ſecum concumbentem, non lædant.

Vis imaginationis etiam conferre poterit; in pleriſque morbis contagium efficaciſſime communicatur, cum relabuntur ſpiritus, et eſt Imaginatio abhinc morbi ſuſcipiendi.

SECT. 6.

Agitur de Differentiis, febrium interponentium, et ſingulæ varietate.

1. QUoad genera. 1. Eſt quartana, apud plebem febris 3 diei, quia 2 tantum quietis vel ſalutis dies inter paroxyſmos accidunt; vero Latini quartanam vocant, quia primâ die invaſionis ad ſecundam diem parox-

roxysmorum est quarta dies.

Quartana 3 viis præsertim differt. 1. Quoad singularitatem vel duplicationem paroxysmorum. 2. Quoad magnitudinem vel benignitatem paroxysmorum. 3. Quoad copiam vel paucitatem, innocentiam vel ferocitatem, symptomatum in quartana adjunctorum.

2. Tertiana, vulgus secundam diurnam febrem appellant, quia una tantum alleviationis interponitur dies; sed latini 2 dies paroxysmorum annumerantes Tertianam puram simplicemque vocant:

Differt in se trifarie, ut quartana; 1. In simplicitate vel duplicatione paroxysmorum, vel regulâ vel irregularitate temporis invasionis et numeri paroxysmorum. 2. In gradu paroxysmorum violentiore vel mitiore. 3. In complicatione vel absentia symptomatum, vel plurium vel pauciorum, vel majorum vel minorum.

3. Quotidiana, semel in 24 horas

revolvitur, singula die patiens habet accessum, sed noctu quam die, sæpius nocturnis horis quam diurnis: multæ sunt febres quæ incipiunt quotidianæ, in medio sunt Tertianæ, in fine quartanæ; aliquando incipiunt quartanæ, vertuntur tertianæ in medio, in fine quotidianæ, et sic variant utpote possis cogitationes variare.

2. De Compositis febribus, vel simplicibus errantibus.

Interdum singulo die solis aliqui ægrotant; alii, singulo quinto die; alii, singulo sexto: at hæ febres interdum typum et ordinem aliarum tenent, interdum febres tantum cursu et regressu Justi diei immitant, interdum ex se oriuntur, interdum sequuntur alias intermittentes communes febres, præcipue frequentius non acutæ sunt, nec longæ moræ.

Simplices febres errantes novam febris speciem referant; nam quotidiana interdum bis die invadit, non citius deponitur prior,quin sequitur posterior

ſterior paroxyſmus; Tertianæ paroxyſmi interdum tam indirecto tempore et ordine veniunt, ut intra 24 horas 2 paroxyſmi ſunt, et intra ſequentes 24 horas unus tantum eſt paroxyſmus; quartanæ interdum paroxyſmi tertia hora pomeridiana contingunt, proxime fortaſſe hora ſecunda, Tertius paroxyſmus fortaſſe hora 12 mediana accidit, et interdum ſerius paroxyſmi veniunt.

Nonnullæ quartanæ duplicant quarto menſe; nonnullæ, quinto; nonnullo, ſexto; et vere quolibet tempore, etiam cum videntur mitigari et fere abſumi: Et obſervavimus nonnullos duritie et obſtructione ſplenis vexatos, obnoxios magis duplicationi et irregularitati febrium eſſe.

Filius armigeri in vere Tertiana exquiſita corripitur, poſt 3 vel 4 paroxyſmos duplex fit tertiana, et poſt aliquot plures paroxyſmos, in legitimam vertitur quartanam, et finitur cum critica ſanguinis è naribus evacuatione in

frigore paroxysmi.

In aliquibus in æstate tertianam patientibus, constipante adventitio hyemis frigore, in quartanarios mutantur; et tunc aliquando post aliquot legitime paroxysmorum cursus duplicat vel triplicat.

Nos diligenter observavimus, Tertianarios tenuem subtilem calidamque partem materiæ morbificæ æstate exsudasse, qui alteratione præcedentium et sequentis aeris autumnalis, et planetarum dispositione, quartanarii fiunt; nonnullis accidit post evomitionem multæ bilis, unde temperamentum frigidius, et reliquia humoris crassiora manent; et cum hæ Tertianæ accessiones in quartanas mutatæ fuere minoris est caloris sensus, et frigoris majoris.

In diversis liberis etiam et senioribus, ubi constitutio cacochymica, partium ut hepalis, lienis, mesenterii &c. mala dispositio, vel extumescentia, humorum putrido, vermium generatio, tempe-

temperamentum frigidum et pituitosum, diæta frigida et pituitosa, & vita sedentaria, sæpe duplicant, triplicant, vel errant et quartanæ et tertianæ; et aliquando possident per binam septimanam vel mensem, et iterum per tale tempus differunt corpus, & redit sæpe alieno more, et post aliquot inordinatos insultus forsitam iterum abit non sine mala dispositione et ægritudine in intervallis.

Aliquando, ut in meipso, continuante prisco paroxysmo, novus sub vespere oritur paroxysmus, et paroxysmus diei sequentis vetus, gradatim evanescit, invigescente novo, qui continuatione temporis fit absolutus paroxysmus, prior et originalis paroxysmus aboletur.

Aliquando parvus paroxysmus die, ante diem paroxysmi originalis, oritur, et nunquam invigescit, patientesque parvulum appellant paroxysmum, possit causari à nova materiæ congerie; hæc præsertim in quartanis.

Aliis

Aliis duplicatur febris quartana, et novus paroxyſmus æqualis cum vetere exſtitit, aliquando major vetere; tamen ambo manent tempore aſſueto, et unus horum paroxyſmorum ſæpe potione emetica, vel aliis medicaminibus tollitur, cum febris abſolute tolli nequeat.

Quidam vir circa 4 vel 5 menſem febris Quartanæ nimis libere vinum merum bibebat, adeo ut ſingulæ quartanæ paroxyſmi jam in quotidianam diem invadunt, idque violenter; ſed 1 hebdomade peracto, incidit in violentum paroxyſmum, et abhinc nullum deinceps paſſus eſt, per 3 hebdomadas; tunc febris relabitur, vero ſub typo exquiſitæ quartanæ.

Circa finem Januarii et Februarii, obſervavimus diverſas quartanas migrare et errare, nulla in omni eadem ſigna apparent; ut eſt diverſitas ſymptomatum, ſic unius ſymptomatis eſt diverſus eventus, & exhibitio.

Fœmina nulla externa viſibili cauſa quar-

tanam habuit triplicatam, antea namque mitis erat, et 2 novi paroxyſmi longe majores et truculentiores originali et primario paroxyſmo.

Communiter vero triplices quartanæ, quæ ſic oriuntur à ſimplicibus, non diu eo ſtatu et ordine perſiſtunt, ſed ſi perſiſtunt valde ægrum debilitant, et, cum aliis malis ſignis adjunctæ, mali eventus ſæpe ſunt.

Quartanæ communiter errantes, immethodicæ et incertæ in hyeme inveniuntur, in progreſſu menſium nonnullorum, ſæpeque accidit operantibus et ruſticis, nam mala diæta, refrigeratione, opere, &c. nunc ceſſant paroxyſmi, nunc duplicantur, nunc triplicantur, et inde legales iterum fiunt.

Aliquando ceſſant per 4 vel 5 dies & tunc 2 paroxyſmi veniant uno die; finito uno incipit ſecundus, ſed rarius; in gravidis aliquando poſt partum illegales obſervavimus febres fieri, antea legales.

Purgatione vel vomitu ſæpe fiunt erraticæ

erraticæ febres, tempori justo fixæ, et duplices interdum purgatione, vomitione vero præsertim redduntur singulæ, sublatis variegantibus humoribus.

Causa externa procatarctica arrationis, migrationis, duplicationis, triplicationis, exacerbationis vel diminutionis febris intermittentis, spectatur in plurimis esse medicamenta interdum, alor, calida medicamina, 5 folium, &c. data cessare paroxysmos, vel sistunt, vel exacerbant, vel duplicant, externa topica etiam carpis, plantis pedum & umbilico interdum lædere possint, opiata medicamina interdum duplicavere, refrigeratione, equitatione, violenti motu, &c. retardantur vel accelerantur, gravescunt vel mitescunt paroxysmi, sic et diæta, crudo, frigido, et aquoso cibo, præsertim potu.

Intermittunt Febres intermittentes sæpenumero 3, 4, 5, 6, 7, dies, nonnunquam, 8, 9, 10, 11, 12, 13, & 14, dies,

dies, et ſic uſque ad menſem vel 2 durant interdum in intermiſſione ante redeant.

Obſervavi bis terve in meipſo, cum quartana laborabam, equitavi per 40 milliaria uno die, et hac agitatione, et corporis concuſſione, omnes extremas partes valde dolentes et acute ſentientes moveri fiunt : die proxima paroxyſmus eſt venire, ſed ejus loco tantum parum refrigerationis cum aliqua oſcitatione et pendiculatione, et inde levis calor, cum aliqua ſiti apparent ; die proxima paroxyſmi, humores magis coaggeruntur, ſed ordine et magnitudine non ad ſe redditur paroxyſmus ; cum ego etiam in æſtate, in paroxyſmi prodromis, equitavi foras, parum frigoris percepi, levemque calorem ſubſequentem, ſed caput dolet, ventriculuſque ſitit, etiam nunc frigor nunc calor commiſti mihi apparebant ; ſed cum equum reliqui, domumque reverſùs bibi, paroxyſmus quaſi è novo incipere conabatur, non vero methodo

methodo et magnitudine quavis, materia morbifica in ſanguinis maſſa, vel alibi confunderetur, et concuteretur, et ad exactam legitimamque fermentationem cohiberetur, ſed hyeme et in vigore febris non adeo facile curſus paroxyſmi deturbetur.

Quibuſcunque intermittunt febres à medicinis carpis manuum applicatis, etiam equitatione, amuletis, &c. in bene ſe habent, dubitandum eſt febrem redire, præſertim ſi adeſt cephalalgia, melancholia, hebetudo, pigrities, pulſatio arteriarum, gravedo capitis, fartura pectoris, dyſpnæa, ſitis, dejectio appetitus, inſomnia turbulenta, inæquales temperaturæ, &c. monſtrant enim cauſam non abſumi, et evinci, ſed diffundi per corpus, et errari.

Ancilla habuit, in menſe Januarii, exquiſitam inceptam quartanam, quæ duos init paroxyſmos, et tunc ſponte ſiſtitur ; illa ſe nullos plures pati exiſtimabatur, vero manente ſiti, & illa illam potu multo indulgens relabitur

poſt

post hebdomadam, et duplex jam vertitur quartana; similiter ut otiosi cum ludunt, et rediendo operi, duplicant, pro tempore amisso, laborem et industriam.

In diversis cum adproperat grandis paroxysmus, quo ad syncopen interdum feruntur ægri, intermissionem febris per diversas dies vel septimanas tunc fieri annotavi; similiter ut diligens laboriose per aliquot horas operans, et pretium adipiscens, postea ludit, et recreatur.

Intermittunt interdum, et supprimuntur paroxysmorum cursus, à mediis artificialibus, quibus aliqui ægrius, aliqui melius, amissionem paroxysmorum patiuntur; medicinæ ad carpos, ad ventriculum, ad umbilicum, et ad plantas pedum, sic et internæ sæpe intermissionem et paroxysmorum pro termino cessationem afferunt, quæ non recto tempore, more, et mensura sæpe dantur, et tunc ægri reditum paroxysmorum cupiunt; nec præstat quodlibet

bet quam in his ægris ubi paroxyſmi ſupprimuntur paroxyſmos iterum provocare, nam præſtat inconvenientiam, quam periculum inire: pilulæ aloeticæ vel alia cathartica, potione vel aliis modis, ſæpe reſtaurationem exacerbationum febrilium reſuſcitant, quibus in intervallis bene ſe habeant.

SECT. 7.

De Recidivatione & relapſibus febrium intermittentium.

1. DE prognoſticis Relapſus ſignis.

Plerunque apparenter differunt febris exquiſita terminatio, et irregularis ſuppreſſio; ſigna quæ oſtendunt febris relapſum, differunt, ſi non abſolute contraria, iis, quæ legitimam terminationem, et naturalem curationem, monſtrant.

Febris ſolet illegitime terminari, ſi ceſſat cum paroxyſmi ſunt in vigore, ſi in

in quartanis 5 vel 6 menſes non præte-reuntur, ſi in medio hyemis, ſi febricitans ceſſatis exacerbationibus æger eſt adhuc, ſi medicamenta, vel topica, vel interna, quæ ceſſavere paroxyſmos, non cauſam evacuabant: Poſſumus in his caſibus recidivum præſagire, ſed quo modo et tempore ignoramus; ſæpe cum aer ad frigidiorem ſtatum vertitur, vel illi frigus recipiunt, aquam frigidam ineunt, vel veſtes deponunt, rarius relabuntur citius quam hebdomade, et ſerius quam 2 menſibus.

2. De Relapſuum contumacitate, ſicut in aliis affectibus, ſic in febribus, difficilius curentur quam primo, et iſtæ medicinæ quæ ante relapſum curavere, poſt relapſum nihil efficiant; præſertim, ſi illegali curſu artificiali ceſſavere paroxyſmi: Si enim naturaliter intermittebant, majorem ſpem in relapſu curationis exhibent. Urticam, millefolium et plantaginem ancilla carpis contuſam applicabat, paroxyſmos abigentes, ſed relabenti applicatio her-

barum earundem nihil profuit, restricta tam diu vis febrifica, tandem vi impetuosa sæpe prorumpit.

Sed in Tertianis facilis est curatio in relapsu, supra quam in quartanis, et qui relapsus à vera quartana in Tertianam faciunt non difficilius abinde curantur.

Sæpe observavi naturam post relapsum non notare vel percipere medicamen, quod antea adeo notabat, ut curatio ab illo perficeretur; frequens multorum medicaminum exhibitio naturam non alterant, nec post frequentem assumtionem naturæ apparent aliena, sed quasi nutrimenta nova: contrario vero aliquando frequentius exhibetur medicamen, fundius et efficacius alteratur natura, et corpus mutationem in dies sentit majorem, quo frequentius sumitur.

3. De Recidivorum differentia, est cum apparent paroxysmi alio more et methodo, quam ante relapsum progressi fuere; ut, cum singula quartana

na cessat, et recidivo fit Tertiana, usu pentaphylli hoc observavimus, aliquando duplices et triplices quartanæ recidivatione singulæ et simplices fiunt.

Sic Tertianæ subtiliori et tenuiori parte bilis absumpta in autumno per relapsum in quartanas vertuntur; sed communiter, si simplices quartanæ cessant et relabuntur, in relapsu tales iterum conspiciuntur ut ante relapsum: sed natura variat in diversis diverso more et gradu.

Quoad definitum tempus relapsuum, difficile est prædicere quo modo et spatio febres relabantur, interdumque difficilius est dici, an relabantur vel non; interdum unum, interdum 2 paroxysmos omittunt, interdum 3, 4, 5, usque ad mensem; rarissime, si cessant per 2 menses, redeunt, sed citius cessantur medicaminibus ope naturæ eidem dispositæ, et citius reducuntur medicaminibus ope naturæ eidem dispositæ: Quicquid enim contra natu-

 ram

ram nititur, inanius redditur; et debile medicamen, cum diſpoſitione procliva naturæ, multum efficit.

SECT. 8.

De diverſis ſymptomatibus febres intermittentes concomitantibus.

QUot homines, tot varietates; quot morbi, tot ſingulares caſus; naturalis regula, quoad noſtram ſuperficialem apprehenſionem, eſt, carere regulà.

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Lectori tantum ſinceram noſtram experientiam tradere intendimus.

1. Primum ſymptoma, quod eſt inſeperabile omnium, eſt cephalalgia, et non febribus tam intermittentibus quam continuis familiaris; ſed etiam pleriſque morbis aliis, tam acutis quam cronicis.

In aliis mitior, aliiſque ſævior, nonnunquam

nunquam gravior, interdumque levior, est febris prodromus cephalalgia, et certa concomitans; in paroxysmis, si non extra, sæpius vexat in calore paroxysmi, et gravescit, ut calor accenditur; cessat cum paroxysmo, declinante calore, declinat capitis dolor; in causa extraordinaria præter febrem adest, exasperatur magnopere cum potatione cerevisiæ fortis, aquarum spirituosarum, vini generosi, aliorumque liquorum, ante paroxysmum sæpius pro ejus expulsione, receptorum.

Contrariæ qualitates, iis quæ causant, curant cephalalgiam, ut est laudanum, opiatum; nam illud multum compescit, non aliter quam calorem cohibendo, et motionem sanguinis ejus causam morando, vaporesque et mitescendo et figendo; præsertim istam cephalalgiam à liquore calidiore et generosiore abortam, quam maxime consopit: sed prudentis est medicini non innecessarie laudanum propinare.

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt;
Sed data non apto tempore, quæque nocent.

In quodam observavi, tam extra quam intra paroxysmos, acutos capitis dolores mansisse, pungentes erant, veluti intrusioni acuum, forsitan erant acres vapores versus verticem moti, sponteque cessant, et naturaliter quiescunt, statimque sponte acuantur et gravescunt.

2. Symptoma mihi valde molestuosum, sed aliis non audivi, vel rarius, fuit digitorum in introitu paroxysmorum stupor, frigor, pallor, et obtusus dolor, etiam altius procedebat nonnunquam manibus; sed antea huic affectui pronus eram: Optima res ad tollendum hoc symptoma fuit calidus haustus actualis, nam frictione magis frigescant et consopiantur; jejuno stomacho mane fere semper, si frigebam,

bam, me molestabant, et cum febris quartana sublata est, nunc et tunc, sed remissius, mane, ante jentaculum calidi alicujus jusculi, me molestavere: cum eos digitos in frigido paroxysmo igne fricavi, nullum in illis vel calorem vel exquisitum sensum resuscitare possim: post 1 vel 2 mensem quartanæ paulatim declinat hic affectus, perciperem hunc affectum venientem per pallorem, vacuitatem, & absentiam sanguinis in digitis, adeo ut in aliis conspexi recursum et absentiam sanguinis esse causam stuporis et frigoris dolentis; nam cum distenditur cutis sanguine, redeunt à stupore.

3. Sitis ingens plurimos vexat, præsertim in principio febrium intermittentium, et magis in tertianis quam quartanis, quartanisque sæpe magis quam tertianis; variat in mensura, tempore et qualitate; alii cupiunt frigidum potum, alii aquam, alii possetum, alii in frigore, plures in ardore, paroxysmi; ardor et siccitas natura-

lius requirunt potum, ut in contrarium vertatur naturæ indiſpoſitio, nam refrigerat et humectat aqua.

Qui in principio febris in frigore ſitiunt, ni potui ſe aſſueſcunt, vix inde ſiti turbantur; ſed ſi appetitui depravato indulgent his vel ter, deinde valde cupiunt in frigore potum, et non calore; longo deterius eſt in frigore quam calore bibere, quia frigus non concoquit, ſed alit humores, et flatus et pituitam generat iſto potus tempore, prorogatque febrem: Obſervavimus ſolam in frigidis paroxyſmis aquæ vel potus nimiam potationem duplicem excitare febrem, et extra paroxyſmos patientes ægre à flatu et pituita ſe habent, paroxyſmique longiores, irregulares, & periculoſiores fiunt.

Hydropes, Tympanitides, leucophlegmatiæ, cachexiæ, vomitus, indigeſtio, ventriculi dolor, & dejectus appetitus, ſæpe oriuntur à nimia frigidi liquoris in frigido paroxyſmo ingurgitatione, multique ſentiunt ſe inflatos,

flatos, diſtentos, excruciatos, & oppilatos, ſtatim poſt largos hauſtus potus frigidi in frigore ſumptos: et deterius eſſet, ni calore ſuperveniente, et urina citata, partim ſudore, partim urina, excernatur, et digeratur.

In calido paroxyſmo bibere naturalius eſt, naturaque frequentius tunc cum appetit, nam indiget calor frigorem, et ſiccitas madorem; etiam potus tunc temporis ſudore abſumitur, et ſudorem expulſione aliorum humorum ciat: in tertianis in calore paroxyſmi eſt magis idoneum, quam quartanis, quia ſæpe magis urunt et ſitiunt, et naturaliter non ſitimus niſi caremus madore; nam proprie et naturaliter omne naturale eſt ſuo loco et fine, vel ad ſe, vel ad alium, cõmodum et beneficiale.

Sed qui ſiti et calore remiſſius opprimuntur, præſertim in quartana et quotidiana, præcipueque ſi non ſupervenire ſolet ſudor, multus potus lædit, ſymptomata multa generat, et con-

contumacitatem febris parit.

Potus merus quo tenuior minus calefacit, et ſudorem melius provocat, ſed in aliis nonnunquam aliter; nam in ſanitate differemus, ſic et in morbo: Novum obſervavimus potum (à fermentationis proclivitate à ſpuma cerevifiæ nondum bene expurgata) inflationem procreare; nimis veterem, urinæ ſæpe acorem; poſſetum et aqua hordei minus inflant, et oppilant, febremque minus augent.

Frigidus potus in aliquibus in calore ſudationem largius effundit, nam refrænato aliquatenus et repercuſſo calore, revaleſcente fit ſudatio largior, et calor, veluti ignis ab inflammatſone aliquamdiu ſuppreſſus, vehementius expirat; vero qui bibunt frigidum potum in frigore, quanto frigidiorem tanto deteriorem, quia frigor magis calorem naturalem extinguit, et in ventriculo in iſto tempore non ſalva eſt digeſtio; nam calor digerit, flatus expellit, et pituitoſas generari cruditates

tates ſicut frigus non cauſat.

4. Vomitus, eſt frequens ſymptoma, et aliquos ante ſingulum paroxyſmum turbat; ſed poſtea magis à conſuetudine conſervatur, expulſioni ventriculo adaptato: nonnulli nunc et tunc vomunt, nulla viſibili cauſà, et in et ante paroxyſmum; aliqui edunt paulo ante paroxyſ. et ſuperveniente frigore ſubvertitur ſtomachus, et ejicitur cibus, plerunque copioſius ingeratus, aliquando qualitate peccans, morbidi humores à conſuetudine in aliis ante vel in ſingulo paroxyſmo, præſertim frigore, in ventriculum ſeſe trudunt, adeo ut neceſſe eſt, expellantur: aliquibus aliter ſalutare eſt hoc ſymptoma, quia corpus liberat iſta vomitione; aliquibuſque ſolum ſtomachum debilitat, flatus et cruditates, et bradypepſiam excitat, nimium aperto et refrigerato et conſpurcato ventriculo.

Eos interdum, qui potionem emeticam, ad febrem auferendam, ſumpſere,

ſcre, poſtea diſpoſitione ad vomitum poſſeſſos annotavimus.

Iis qui in frigore multum frigidum potum vel aquam ingurgitant, ſæpe vomendi eſt aptitudo.

Ut vomitio habitualis oriatur à vomitu artificiali, ſic interdum in febribus, ſæpius extra, vomitio habitualis curatur à vomitu artificiali, ſi primum ex ſe oriatur, et cauſa cognita excitans fugatur.

5. Vigiliæ et ſomni abſentia accidunt aliquibus nocte paroxyſmum ſubſequente ; aliis, nocte paroxyſmos antecedente ; aliis, in quibuſlibet noctibus ; aliis, in nullis eſt ſomni abſentia, aliis ſi non abeſt ſomnus, tamen phantaſiis et inſomniis turbulentis dormiunt, quaſi vigilanter ; vix idem in duobus reperias.

Omnia hæc ſymptomata nulli concorditer accidunt, et nullum ſymptoma niſi cephalalgia omnibus evenit.

Somnus à deo pro refocillatione ſpirituum ordinatur, et concoctione ; ergo

go ubi deest, debilitantur, et ad paroxysmos tolerandos ineptiores redduntur.

6. Delirium, seu insanies, magis Tertianis quam quartanis ingruit, quia sæpe est sanguinis impetuose ad caput ebullientis ascensus, sanguis in quartanis minus exagitur, et frigidior est; ergo in Tertianis, in cholericis personis, calidis habitibus, et temporibus, in calido paroxysmo vigere solet.

Ii qui non in calore quartanæ delirant et rabiunt, tamen stulte loquuntur, interdumque absurda phantasmata mente concepta exprimunt; interdum vero in quartanis est sævus furor, et cerebri distractio, vero ad melancholiam sæpius vergens, vapores cerebro transmisso possint rationem variare, et ridiculosa phantasmata timoresque formare.

Nullum est in quartanis familiare, quin aliquando tertianis accidit, nihilque tertianis tam peculiare quin quartanis eveniat, quotidianæque febres

non

nonnihil et quartanæ et tertianæ naturæ habere videntur.

7. Hæmorrhagia narium ſolet aliquibus paroxyſmis ineſſe, crebrius in calore; aliquibus naturalius à plenitudine, tenuitate, et acredine ſanguinis; aliis artificialius à potu calidiore, vino generoſo, vel aquis ſpirituoſis, qui vel ſanguinem multum generant, vel generatum effundunt, et liquefaciunt, cauſatur.

Nonnunquam caput ante febrem ſolitum eſſet dolere, et fluxit ſanguis illic levi cauſa; eadem diſpoſitio pati non eſt in omnibus, et eandem rem pati non detegamus facientem in omnibus: ergo nocere fluxus ſolet aliquos, alios eodem tempore et quantitate lædere nonvult; magis Tertianariis quam quartanariis eſt familiaris; ſanguis in tertianis plerumque calidior et tenuior extat; aliquibus vero quartanis major et frequentior eſt ſanguinis natium fluxus, quam nonnullis tertianis; *Exitus acta probat.* Qui dolente capite, et pul-

pulsantibus arteriis, effluxo sanguine levantur, bonum; etsi sanguis qualitate non peccabat, quantitate probabiliter offendebat, aliquandoque melius evenit cum sanguis purior extillat, quam fœculentus; sed plerunque quo purior est sanguis, eo excretus magis enervat, et quo fæculentior, eo magis corpus recreat, cum excernitur.

Quicquid ultra gradum mediocrem incidit, malum; in se simpliciter alias bonum; sic exigua quantitas sanguinis prodesse, magna nocere, queat, et hydropes inde et leucophlegmatiæ, aliique frigidi morbi inducuntur.

Perquirendum est, an retentrice debilitata, vel expultrice provocata, fit effluxus; natura semper, si naturaliter se habet, ad suam conservationem conatur, sed, ob vitium sanguinis, aliquem portionem excludere conetur, et, ob debilitatem largam, postea sanguinis melioris quantitatem effundat; nam musculorum et venarum et arteriarum contrario vel præpostero facto

motu,

motu, ulterius quam ad naturæ utilitatem expulsio pergat.

8. Mihi ipsi urinæ fluxus et aliis contigit paroxysmis, qui fit à facultate expultrice, moventibus heterogeniis et morbificis humoribus irritata; tum enim natura, per canales excrementorum, emittit humores antea per diem unam vel alteram torpide succumbentes; intra paroxysmos urinæ retentio, vel imminuta emissio, causa est ut torpescunt, inflantur, et pituita tumentur, concoctionem et sanguinis clarificationem impediens; Sed urina non seperatur à sanguine toto in vasis, hoc alibi sufficienter probavimus.

Aliqui debilitate retinendæ urinæ in paroxysmo corripiuntur, et in frigido paroxysmo nolunt plurimi surgere ad matulam ob frigus et rigorem frigidum, adeo ut lectum vix abstinent mingendo.

Paroxysmus ad naturæ opem confert, expurgando quæ interea collecta fuere, et corpus turbavere; in non-

nullis

nullis hujus urinæ immethodicus progressus non observavimus in principio febris quartanæ, sed sæpius medio; tertianis rarius accidit, quia corpus eorum est calidius, urina tenuior, et fluxibilior; quotidianis interdum valde noxia est suppressa vel imminuta urina.

9. Adest plerisque color faciei pallidus, leucophlegmatia abundante, vitiato sanguine, debilitato partium concoctrice, et calore nativo parte extincto; sed pallor in primis paroxysmis vix adest, sed processu temporis, in quartana, et quotidiana, in aliquibusque Tertianis, si longo manet febris, et inordinate vivunt et oppilantur, nonnulli magis fusci coloris, plumbi nigri, flavæ ceræ alii colorem immitant; cum in calore versantur magis genæ rubescunt, et post binam hebdomadam vel tertiam relictis absolute paroxysmis redit nativus calor et color, in adhuc alio more ægrotant, et morbiunt.

10. In Quartanis, sic et quotidia-

nis,interdumque Tertianis,in progreſſu temporis, eſt lapſus appetitus, vitium digeſtionis, cruditas et ventoſitas ſtomachi, nauſea interdum cum vomitus promiſſione, vel præſentia; alii valde habent ventriculum, partim morbi natura,partim mala diæta, partim mala conſuetudine, partimque naturali addictione, vomitu, tam extra quam intra paroxyſmos, debilitatum ; frigor et apertio ventriculi facit indigeſtionem, et indigeſtio cauſat frigorem et hiatum ; in mala digeſtione bona corrumpuntur alimenta,et a malis alimentis bona ſpoliatur digeſtio ; mutuo ſe gerunt et officiunt.

Interdum vomitus artificialis naturalem vomitum ſiſtit, in febribus eatenus ut aliis morbis, interdum magis provocat ; nam evocat humores morbificos infra ventriculum antea torpidius et firmius jacentes, et in ventriculum conſtanter eructāt, et heterogenia qualitate prædit i ventriculum ſubvertunt, alimentum aliena natura et

ſapore

ſapore inficientes; ſi pars ejicitur valde amara, fomite relicta, plus generatur, et conſtanter vomitio ſuppeditatur, nova generata in horas à ſemine febrili materia, quæ utpote exſuperat et regurgitat ſeſe reponit, et eructat in ventriculum; ſuperveniente calore veris multi deobſtruuntur in parte, et his ſymptomatibus liberantur; calor namque diffundit, attenuat, rarefacit, poras aperit, tranſpirationem propagat, et inde refocillatur calor et partium digeſtio, et humorum ſeperatio et excretio; unde fit ut ver diverſa ſymptomata ſponte dirimit: idcirco magis in frigidis temporibus, et febribus, hydropibus, leucophlegmatiis et tympanitidibus vexantur, quam in æſtate et ferventibus febribus.

Sic calor paroxyſmi calidi, in me præſertim, aliiſque, diſcuſſit flatuoſitatem, aquoſitatem et phlegmatiam, antea mihi diverſis modis et temporibus offenſam, et in multis ni febrilis calor advolet ad cruditates, flatus, et

pituitam diſcutiendas, alii morbi, et illis lethum advolare poterint.

11. Proximum ſymptoma eſt phlegma, interdum ſtomachum tantum, interdum ſolum pulmones, interdum ambas partes, interdum per totum corpus una, opprimet et redundat.

Interdum eſt craſſum in hoc, tenue in illo ; in uno ſubjecto interdum eſt jam tenue, et tunc craſſum, nunc in uno ventriculum, tunc in eodem pulmones, magis obſarcit, et paulo poſt, utraſque partes ; partim oritur à naturali conſtitutione, partim diæta pituitoſà, frigidà, vel aqueà, partim vitiata concoctione ; lædit multus potus, poma, lac, caſeus, et alia hujuſmodi.

Tuſſis aliis valde moleſtuoſa nonnunquam, aliis ſemper, aliis nunquam; etſi pituita pulmones obſarcit, tuſſim pariter non ſemper parit, in nonnullis Rheumate potius quam phlegmate moleſtantur : ſed quod uno tempore eſt Rheuma, alio eſt phlegma ; nam pituita fit ab aqua, ante ſomnum qui

plya-

plyalismo laborant, post somnum interdum glutinosum viscosumque inveniunt phlegma.

Vomitus interdum hic prosunt,nam pituitosam materiam excernunt, et facultatem digerendi excitant,quæ à pituita illinente ventriculi tunicas impeditur; sed quæ certa sunt ægros facere, et incerta sunt valentes facere, in posterius prorogentur.

Pituita, et subjecto quo locatur, et quantitate et qualitate, variet,et peccet, vilius et innocentius cum ad ultimum gradum pervenit, multo deterius majori et graviori,quod levem tantum attingit gradum.

In sapore variat pituita; alia est amara; altera, dulcis; nonnulla, insipida; acida, quædam; oleaginosa mea in quartana, et mihi nauseam præbuit; die ante paroxysmum largius accumulabatur, urina parcius reddita, quæ supposui materiam pituitæ et ptyalismo suppeditare, radice ænulæ campanæ ore masticata meipsum à sa-

pore ingrato pituitæ multa ex parte vindicavi; cum tenuius et aquosius fuit phlegma ptyalismum citavit, magisque molestavit; screatu vero, cum viscosum, ejeci sine molestia: in aliquibus, accepto frigore, nunc tussi, nunc raucedine, nunc utrisque, in febribus vexantur.

12. Dyspnæa, pectoris fartura, gravitas pectoris cum oppressione, sæpe in quartanis quotidianisque, interdumque tertianis, si præsertim diutius perseverentur, vexant: aliqui magis de his, alii de illis magis, conqueruntur.

Dyspnæa, vel respirationis difficultas, crebro, cum duplicantur quartanæ, aggravatur, quia causa latius se expandat, et à frigiditate concoctricis cruditas et flatus cum pituitosa materia destentionem diaphragmatis cum coarctatione pulmonum efficientes generentur; etiam in duobus locis poterit materia computrescere.

Oppilatio pectoris, dyspnæa, gravida corporis motio et torpida, sæpe

in cessatione paroxysmorum magis adsunt, et aliquando die ante paroxysmum plus vigent, solutis calore paroxysmi, utpote gummi crassiora et glutinosiora calore majori diffunduntur, tenuiora et liquidiora mitiori et leviori calore funduntur; sic sol aquam in vaporem rarefacit, ignis tantum fortissimus ferrum colliquet.

13. Defluxiones, Catarrhi, et Rheumata, in humidis frigidisque temperaturis, accepto frigore, vel humectante nimium usurpata diæta, magnopere aliquos in quartanis vexant; lac, poma, aqua, multus potus, & similia, addunt: etiam in frigido et humido aere multo magis affliguntur, cum ptyalismo, tumore uvulæ et glandularum colli, tonsillarum, à quartana partim etiam dependente nativum calorem minorante.

Diversimode eadem nostræ cognitioni causa effectus parit; aliis, tussi, et pruritu, et titillatione pulmonum, trachææ arteriæ vel laringis molestuosum est hoc symptoma; in aliis, tantum

tum os impletur, et ptyalismo perpetuo turbantur, tam cito sputum ejicitur novum affluit, et ore implet, communicatur per fibras æsophagi ad os, plerunque cum imaginat æger ; nam remota de eo cogitatione, remittit salivæ affluxus : in sapore vero plus quantitate interdum offendit, paroxysmus accedens huic symptomati etiam multum succurrit, et debellat.

14. Flatuositas, *πνοὴ*, est symptoma, aliis non alienum symptomatibus; nam à mala digestione, frigiditate, pituitæ coaggeratione, &c. quasi una radice, tot consobrini mali connascantur affectus, aliquando ventriculo, aliquando intestinis, aliquando in lumbis hypogastrio, hypochondriisque, nunc in uno, nunc in altero, nunc in omnibus locis molestantur ægri, flatu, distentione, et pulsatione, et dolente vellicatione.

Distentio, cum sensu pulsationis, à flatu in lumbis et hypogastriis, sæpe, ut prodromus paroxysmi, affligit ; extraque

que paroxyſmum obſervavimus in nobis, aliiſque, multo potu ebibito hic flatus movet, et diſtendit, et pulſat, in lumbis, hypogaſtrioque, longe vero mitius quam in introitu paroxyſmi; nam tum aliquibus, præcipue primis menſibus quartanæ, tertianæque principio, valde dolor à flatu in lumbis et dorſo, ineunte paroxyſmo, gravatur.

Et audivi hominem, ſæpe per aliquot annos intervallis quartana correptum, dicere, ſe, ſi operatur ad calorem procurandum, dolore dorſo febrili moleſtari, jam per diverſas annos relicta febre, nec quidlibet in cauſa eſſe cognovit: ut dorſi dolor in illo, pluſquam aliis, tamd'u relicta quartana, maneret, non niſi vero ſtrenue operatur, eſt confuſio omnis doctrinæ, et cujuſlibet ſcientiæ depravatio, veritatiſque obtenebratio, uno vel altero exemplo naturæ regulam ſtatuere; nam nihil niſi varietas in omnibus morbis nobis offertur: Omnis caſus habet ſingularitatem, et ſingulus patiens novū morbum,

natura

natura namque non ita, et iſtis regulis et methodis, ut imaginabant antiqui, gubernatur, et alteratur; Quicquid eſt idem in genere, vix ita ad quælibet particularia; et quicquid eſt idem quoad genus, non queat quoad ſpeciem idem eſſe; et quicquid queat ſpecie idem eſſe, non in gradu ponitur æquali; et quicquid ponatur exacto gradu, ab externis non adeo nutritur vel ſpoliatur; ergo frontiſpicio, vel forma, vel vultu eodem, duos vix reperias homines, nec morbos omnibus ſymptomatibus, numero, quantitate, et qualitate, exacte congruos invenias duos.

Cum per corpus meipſum in introitu paroxyſmi ligavi, iſtum lumborum dolorem non tam acute ſentiebam, quaſi conſtrictio, diſtributionem flatus impediret: cum meipſum in paroxyſmo calido denudavi, et calorem conſtipavi, diſcuſſionem flatuum, et ventriculo, et inteſtinis, et lumbis, impedire vidi; ſed cum extremum paroxyſmi calidi

calidi fervorem patienter passus eram, cum sudore, hæc symptomata à flatu et pituita plurimum minui observavi.

In aliquibus febre quartana complicatur ructus, interdum acidus, interdum amarus, interdum oleaginosus, interdum rarior, interdum frequentior, raro vero de flatu plurimum opitulatur; vomitui dispositio cum ructu interdum jungitur, aliquando non: frigor inter paroxysmos, à flatu tantum movente, cum pandiculatione, nonnullos affligit, murmur in ventriculo cum pigritie; Ergo plebs putat flatus paroxysmos causare: In meipso, à vento tantum, tanta et tot symptomata habui, ut frigore paroxysmi si sequeretur calor, nihilo dissimiletur: cum pectus pugno concussi, deprehensi, murmure audito, et flatu impetu decurrente, ut flatus fuit causa distentionis et oppressionis thoracis, vel potius ventriculi, parum tamen levatus sum; mane ante paroxysmum magis congeritur; pilulis chalybeatis, et verno tem-

tempore, de hoc flatuoſo dolore et diſtentione ventriculi, maxima ex parte, allevatus ſum, diu poſtea perſeverante febre; Carminativa parum valuere, ſed excercitium multum profuit, precipue equitatio; nam excuteret, et diſſiparet, obſtructiones reſeraret, partiumque calorem vitalem digerentemque revivificaret.

15. Stupor, pigrities, et melancholia, quartanarios, potius quam tertianarios, extraque, potius quam intra, paroxyſmum moleſtant; vero non ſemper inertia et melancholia junguntur, et non omnibus moleſtuoſa, et nulli omnino; aliqui melancholia valde in paroxyſmis vexantur; aliqui, ut ego, magis die ante paroxyſmum, et poſt paroxyſmum, lætus eram, nam à calore paroxyſmi, in me, cauſa melancholicæ diſpoſitionis conſumebatur; in nonnullis paroxyſmos tantum dejectionis et melancholiæ habere videntur, quibuſlibet horis hebetes, et ſtupidi, et torpidi manentes.

16. In-

16. Insomnia aliquando multa et mala, aliquando multa et vana, aliquando pauca sed terribilia, aliquando pauca et suavia, ægros molestant; quot homines tot varietates: nonnullos quartanarios magis noctu paroxysmis affligunt; nonnullos, nocte ante paroxysmum; Ego precipue insomniis vanis post paroxysmum molestatus sum, sed plerisque noctibus, quum quartanam habui, insomnia multa habui, et terribiliora multa fuere, quam jam somniare soleo: nonnullos novi qui à spiritibus, vel terrore spectrorum (ante quartana laborabant) facile afficiebantur, jam in quartana, noctibus supine cumbentes, spiritus et audire, et videre, se suspiciunt: Sed quia hi vane et fictitie spiritus audire et videre aliquando putent, ergo aliqui credunt neminem verum et realiter spiritus audire, et videre, et tangere; sicuti diceres, Quia ille vir decipitur in ista re, non est vel existit res ista, vel ver itas in ea, exceptis et præteritis, de spiri-

ſpiritibus et ſagis Nicholai Remigii, Bodini, Vieri, Grillandi, Fincelii, Fulgoſi, Cardani, Herodoti, Diodori, Boethii, Mayeri, &c. Scripturis, experientia noſtra firma et numeroſa colligendum eſt, ut realiter diverſi et audiunt et tangunt, et vident et olfaciunt ſpiritum, et abſque melancholia, aliiſque rebus recte ſentientes; ſed alibi in ſcripturis noſtris ſatisfactionem ad lectores ampliorem reddamus.

17. Priſcis viris aliquando accidit Juncturarum intractabilitas cum dolore, quia calor et humor iis magis deficiunt, magiſque doloribus arthriticis obnoxii ſunt adultiores.

Sed ſi annumeremus omnia ſymptomata quæ nunc his, nunc illis, in intermittentibus veniunt febribus, nimis codicem diſtenderent, et lectores, ſi naturam bene ſciunt, opus adhuc imperfectum ſciant; nam ſi uno viro tot varia, per curſum cujuſlibet cronici morbi, ſymptomata et affectus innovantur et declinant, aliaque innovantur

tur et declinant, vel ſuperſtite veteri ſymptomate nova multa, vel magna, vel ambo, oriantur ; quot et quanta varia ſymtomata et affectus, uno morbo, diverſis perſonis, occurrant, diverſis temporibus ? Interdum vertigines aliquos quartanarios affligunt, aliquando cum viſus obfuſcatione, & cæcitate, aliquando extra ; aliquando intra paroxyſmum, vaporibus excitatis à ſecreta cauſa, et ſubſidentibus, ubi aderat ingens calor et dolor in ſyncipite, ibi obtenebratio viſus obſervabatur, culices et pulices ante oculos repræſentantur, cum imaginatione in aliquibus circumcirca rotandorum omnium, in aliquibus abſque ; in liberis et puerulis vermes in febribus intermittentibus aliquando ſcateant, ſed extra febres ſcateant, ergo non neceſſitate ab iis dependent, à dulci glutinoſa putrifacta materia cum calore vivificata generantur, eaque ita diſpoſita, tam bene abſque, quam cum, febribus, exiſtat.

Di-

Distinguendum est inter similia, omne contrarium stultus idem non esse perspiciat, et cognoscendum est rerum diversitatem, et re qualibet, in tot rerum diversitate, omnia ei peculiaria: hactenus generales regulæ deficientes, quia omnia particularitates, et peculiaritates, et differentias, monstrantia, regularum componentibus, non in omnibus rimabantur et exscrutabantur. Quis est ille qui regulas veras amplasque generales componat, nisi qui omnes res, ad id pertinentes, et rei singulæ omnem differentiam et peculiaritatem, prius scit? Puella quædam per 3 vel 4 paroxysmos, menstruis destituta, in calore habuit extumescentiam nasi prope oculo, quæ, remittente paroxysmo, decidit, et resurgit.

SECT. 9.

De Victus Ratione, et Regimine.

PRimumque de Regimine in paroxyſmo.

Quæ obſervavimus nocere vel juvare hic trademus, ſicuti puram aliis in locis tantum noſtram expoſuimus experientiam. Qui edunt appropinquante paroxyſmo, ſi non abeſt ad ſpatium 2 vel 3 horarum, ſeſe onerant, ſed melius eſt ante, quam in paroxyſmo, edere: eſus ſibi non tam cito movet paroxyſmum venire, ut potus; gravatur et oneratur ventriculus egregie in plurimis, ni cibus, maxima ex parte, digeratur ante frigorem paroxyſmi: Nonnulli vomunt, et natura ad beneficium tendit, nam cibus, tunc inconcoctus, potius male corrumpatur in ventriculo, quam bene concoquatur: ſi cibus eſt eupeptus & euchymus, inju-

ſto tempore datus, morbum, pluſquam naturam, alit ; in aliis, cauſa eſt duplicationis vel triplicationis quartanæ, vel tertianæ, ſi poteſt ; in aliis, aliorum multorum vel magnorum ſymptomatum cauſam intempeſtivæ diætæ retribuamus.

Vidimus quos inordinate et luxurie degentes, abſente febre, redintigravere paroxyſmos, et loco quartanæ, vel tertianæ, quæ antea fuit, quotidiana vertitur. Veſci in calido paroxyſmo, quam in frigido, longo melius, et in proceſſu, quam introitu, caloris longo melius ; frigidum alimentum, in incepto calore ingeſtum, interdum evertit calorem, et, quaſi frigor redintigratur, calor non abruatur, is digerit, non frigus ; ergo electior eſt occaſio in calido, quam frigido, paroxyſmo depaſci.

In meipſo nunquam majorem et appetitum et digeſtionem percepi, dummodo febris manſit, edere vel bibere, quam poſt ſecundam vel tertiam horam

ram caloris invadentis; sed ad quartam invasionis caloris horam abstinere pro plurimis tutius et commodius; sed in omnibus parvum adest edendi desiderium; et si adest, digestio sit debilis; et ubi digestio sit fortis, desiderium edendi absit.

Alii, finito calore et sudore, pascunt, et cum acuto appetitu, et bene digerunt; nam tunc absumptis (à calore) cruditatibus, pituita, excrementisque, causis inappetentiæ, obstacula auferuntur, calor febrilis, qui prædicta consumpsit, non totaliter absumitur, cum justò finitur sudor et paroxysmus; et igitur istud tempus aptum est patienti nutrici, quia calor cibum digerere acutus adest.

Potus minus onerat et opprimit ventriculum, magis vero accelerat paroxysmum; frigor paroxysmi citius adest, et augetur, exhausto quovis, vel actualiter, vel potentialiter, frigido liquore: non libet bibere ante paroxysmum per 2 horas, et cum appropinquant fri-

goris prodromi, si necesse est bibere, calidum parato; Aliqui bibunt cerevisiam primariam, instante frigore, et hæc interdum calfacit, et calorem paroxysmi magis crescit et vilescit, cum cephalalgia, et cordis palpitatione, ob calorem spirituum; nec tam suaviter, nimio potu calidiore recepto, post paroxysmum communiter dormiunt, somnus est naturæ recreator, et eum abest, non adest salus: unicum symptoma per se, si magnum sit, interficiat; et parva symptomata, si aliis junguntur, necent; aliquando idem, à duobus personis captum, diversas effectus parit, et si eosdem, differente gradu, et modo, temporeve affligendi.

Qui ab omni potu et cibo, per diversas horas ante paroxysmum, abstinent, facile, ni adsunt aliæ causæ, tolerant paroxysmos; sed nonnulli facilius cum gula et ebrietate sanitatem servant, quam alii cum medicina.

Diversos annotavimus in frigore paroxysmi distentos, et inflatos, et oppressos,

pressos, esse, nulla alia probabili causa, quam larga potatione paulo antea; nam alii, qui nec edunt, aut bibunt, aut valde parce die paroxysmi futuri, non adeo distenduntur et opprimuntur, etsi aliis symptomatibus affligi queant.

In Tertianis minus, quam quartanis, lædit potus, et minus plerunque quartanis, quam quotidianis.

Qui ante, in, et post paroxysmum nimium bibunt, perennitatem morbi faciunt, contumacitatemque abigi; in febribus quartanis et quotidianis quibuscunque, aliisque irregularibus frigidis febribus, nimium cerevisiæ cujuslibet, nisi medicatæ aperientis, nocet ingurgitatio; Tertianis vero interdum potus necessarius, quia fel obstruatur, choleraque vehiculum expectat, aridaque est febris.

Potus tenuis flatum et pituitam, magisque si tenuior, ut aqua mera, generat; nobilis vel primarius, capitis dolorem, et cordis calfactionem, causat,

ſitimque exaltat: quibuſlibet in paroxyſmis inchoantibus damus liquida, in quantitate fermentationem adaugemus; ſolida fermentationem non adeo fovent, nam particulæ et minutæ deciſiones ſolidi corporis non exacte commiſcantur, ergoque non fermenteſcant.

Sic contraria contrariis opponimus, ut evincamus: nam ſingula qualitas, quantopere ſit rara et peculiaris, habet ſibi in quovis alio corpore ſpiritus opponentis exactc qualitatis; danda eſt in frigido paroxyſmo potus calidus, et in calido, frigidus; non vero, niſi certe calore vidimus frigorem potus obrui, tum namque majore vi erumpit calor (exſuperato et repreſſo frigore) cum ſudatione; non tam ſitis mitigatione in quartanis vel tertianis demus cereviſiam, quam tranſpiratione et ſudore promovendo.

In quolibet morbo, ſi ſudor beneficialis eſt, quodcunque, etſi in ſe nocens, ſudorem promovet, conſequente

te bonum est et naturæ proficiens.

Secundo, Agitur de regimine extra paroxysmos.

Hic etiam multa sunt observanda, quibuscunque pretiosa est ista salutis gemma; attamen licentiosa et dissoluta victus ratio, non præsentem nocentiam vel statim damnum suum prodeat, in futurum est, multisque in præsente tempore adest tormen ventris, inflatio, distentio, quasi partes à partibus efferantur, aliquandoque exacerbatur paroxysmus sequens; aliis errat, duplicatur, vel mutatur febris in deteriorem vel deterius, quod dicitur proverbium, *Unius cibus alterius est venenum*; sic, *quod uno tempore alimentum alio tempore nocumentum*. Sacerdos dixit se à quartana tantum abstinentia vindicasse: certus sum à perennitate et contumacitate plurimi, abstinentia et victu euchymo et eupepto, se sæpe vindicarent.

Tamen, quos epulose et luxurie vivunt,

vunt, ſcio bene valituros abſtemiis manere ; experientia nihil certius : nihil certe, ſed caſu tantum verum, abs experientia explorare poſſimus ; nam quod circa notitiam, conjectura et imaginatione, cuilibet imprimitur, caſu tantum verum ſit, quia non eſt experientia ſed imaginatio et phantaſia, et quot homines tot ſint phantaſiæ et imaginationes : vero circa res agendas, conſcientia omnibus eadem, ſi hæres non ab alicujus phantaſia, ſed univerſi hominis experientia, oriantur, quæ neceſſaria animæ humanæ creavit deus, tam bene, ut quæ corpori cuilibet neceſſaria.

Multi ſunt qui in ſanitate ſtrictam medicinalemque diætam ſervant, alias ægri fiunt ; aliique ſunt qui in ægritudine nullum regimen tenent, tamen revaleſcunt : frigido aere nonnulli læduntur ; alii, non à maligno : certa cujuſlibet temperaturæ notitia, eſt optima medicinalis determinatio, poma, lac, aqua, caſeus, cereviſia nimia vel

prava,

prava, humida, flatuosa, pituitosa, alios quartanarios offendunt egregie, alios interdum solum, alios semper sed paululum, alios vix unquã ullo modo; tamen, quia diversis in febribus nocentia sunt, sicuti insalubria pronunciemus.

Nova cerevisia aliquos valde inflat, alteros non incommodat; exercitii defectus lædit nonnullos, alios recreat; frigida in quartanis et quotidianis sæpius male tolerantur, in tertianis melius, sed aliquos tertianarios magis lædunt quam aliquos quartanarios; in quotidianis plerunque exercitatio magis prodest quam tertianis, vero interdum minus; nam tam natura personæ, quam tam morbi species et gradus, alterationem facit in quolibet morbo.

Quibuscunque in sanitate usurpata fuit copiosa diæta, in febribus intermittentibus magis toleranda; Quibuslibetque in valetudine parca et electa usurpata fuit diæta, in morbo parcior et electior debet.

Quo calidior est febris, et personæ natura, eo tutior est refrigerans diæta, ni ad contrarium consuetudinis obvertatur; et in frigidioribus febribus diæta calidior convenit.

Observavimus in aliquibus capitis dolorem, gravedinem cum vertigine, ex dejectione, et de cumbitura in prodromis paroxysmi capite humiliter posito, fieri.

Vapores et sanguinis cursus facilius caput petunt, cum humiliter caput prostratur.

De excercitio, tam intra, quam extra, paroxysmos, hæc significare volumus: vulgus, ex ipsa experientia, excercitia multum commendant, sicuti, strenues operationes, sudoriferos, equitationes, concursationes &c. vidimusque eas non pariter aliis extra paroxysmos morbire, nec in paroxysmis tantis et tot symptomatibus molestari, nec communiter iis, qui debite laborant, adeo est contumax, permanens, et invincibilis, febris.

Com-

Commotione enim ſanguis velocius circumferatur, tranſpirationes elevantur, craſſi humores colliquantur, et partium officium excitatur.

Partium robur et firmitas, functiones peragentium, majoris eſt conſequentiæ quam natura excercitii, alimenti, vel regiminis ; et robur, firmitas, et conſtitutio, partium internarum, functiones ſaluti neceſſarias peragentium, eſt difficulter, niſi eventu, perveſtigatum.

Curſus, equitatio, ſtrenuis et permanens operatio, die paroxyſmi, per diverſas horas ante invaſionem, aliquibus magnum commodum attulere ; in Tertianis poſſibilius eſt ita febrem amittere quam quartanis, tamen in quartanis et quotidianis, aliiſque immethodicis frigidis febribus, exercitatio plus convenit et prodeſt quam tertianis, aliiſque calidioribus intermittentibus.

Nonnulli tamdiu ut laboravere tamdiu à paroxyſmi invaſione ſe defenderunt,

runt, sed otiosi stantes statim prodromis paroxysmi corripiebantur; sed in vigore quartanarum, sic et tertianarum, exercitia, pauca, et rara sunt, quæ cursum aboleant, etsi paulisper retardent.

Nocet aliquibus, accelerante paroxysmo, strenue laborare vel exercere, caputque gravatur, vapores et cursus sanguinis ista exagitatione ad caput deferuntur; sed sæpe naturali calfactione morbida refrigeratio minus sentiatur, mitiores interdum ita operantibus sunt rigores, vehementior calor paroxysmi.

SECT. 10.

Περὶ ἱδρώσεως, *vel de Sudatione.*

MEdici nonnulli in quartanis de larga sudoris effusione delectantur; in tertianis quidem prodest, sed quartanis sæpius debilitat, sed naturæ dictationes ad naturæ allevationem cre-

crebrius faciunt, igitur promovendæ: nam Medicus, naturæ ſervus, et ejus dictationes obſervaret; nam ſi contrario naturæ conatui nitimur, inaniter certamus.

In nonnullis quartanariis ſudores plus proſint quam tertianariis nonnullis, cauſæ quæ præceſſere, et conſtitutio ægri prius cognoſcenda, et ex iis judicandum eſt an bene, an male, larga toleranda eſt ſudatio, ſuo tempore, creato uſu, et mediocri gradu quodvis bonum; extra, nullum.

Diverſi quartanarii, ſudore coacto et continuato, deficere ſpiritu et langueſcere inveniuntur, à quibus præcedentibus judicandum eſt de ſequentibus.

Tenuior, rarior, calidior, et ſubtilior eſt tertianarum materia, ergo ſudore aptior evaporare, tranſpiratione que extingui; quo calidior eſt materia, plenior eſt ſpirituum; ſpiritus leves, et levia, propria natura ſurſum volant; præſertim cum de loco deturbantur,

bantur, caloreque ſeperantur à materia, qua incluſi prius et incorporati fuere: tamen ſpiritus omnes cum gummis, vel oleis, reſinis &c. oleaginoſis, miſti, non adeo evolant, ut cum minus compactis et cohærentibus corporibus miſcantur.

Sudore ſponte erumpente, ſola poſſetala reficiantur, et ſudare prolongentur; vero cum ſudatio et diaphoreſis ſpontanea abeſt, ſupereſt ut medicamina apta ad ſudationem ſtimulandam propinaremus: tamen percontandum eſt, An omnia quæ calida ſunt, actualiter vel potentialiter, ſudorem non excitent; et omnia quæ frigida ſunt, actualiter vel potentialiter, eum impediant? Calor namque eſt proxima ſudoris cauſa; ergo quicquid reddit calorem intenſum, ut conſequens commune, ſudorem efficiat; quicquidque refrigerium corporis facit, indiſponit ad ſudationem: vero ſudor eſt Agoniæ, qui ſudor frigidus in morituris ſæpe, et lypothimiis, conſpicitur;

et

et oleum vitrioli, interdumque realiter, non imaginaliter, ſudorem profert; ſic et ſuccus limonum, acredo namque, per conſequentiam, calorem excitet, et ſic ſudor ſequatur; in ventriculo quantus calor et eroſio deprehenditur interdum, 20 guttis olei vitrioli qualibet conſerva vel zulapio ſumtis, et extra, etſi frigidæ qualitatis eſſe opinatur, ob vitrioli vel ſulphuris remiſſo gradu, motione actualiter excaleſcit, et veſtes, veſtigiis ignis, comburit, ita ut partim decidunt. Quæſtio etiam oriatur, An oleum vitrioli vel ſulphuris frigidum ſit, quia acidum? non ſemper in omnibus eſt ratio congrua.

Nonnulli dant aquam Cardui, poſſitum Cardui, decoctum Salviæ, pulverem Gaſconii, cum lapide Contrayerva vel ſine, Antimonium diaphoretum cum conſerva Jujubæ, mithridatio, theriaca Veneta, Londinenſi, &c.

Inter plebem, quot fere perſonæ diſtinctæ, tot diſtinctæ medicinæ, ſæpe

Teſ-

Teſſerulas, ſive lateres, ferventes, pannis involutas, plantis pedum, ad diaphoreſin et ſudationem totius corporis, vulgus applicat; interdum hos lateres ægrorum lateribus, ad intentionem prædictam, efficacius applicari alii opinantur.

SECT. II.

Περὶ ἐμέτος *vel de Vomitione.*

AB ægris vomitoria, quia ventriculum deobſtruunt et exonerant, ſæpe commendantur, poſt capiuntur; nam in vomitione crebrius medicum objurgere ſolent.

Quartanas rarius, niſi declinatione, et bono tempore quoad planetarum poſitionem, exhibita, curant; tertianis magis propria efficaciaque reperiuntur; quotidianis minus quam Tertianis, magiſque quam quartanis, communiter conducunt, quia minus contumaces, citiuſque ſolvuntur quotidianæ febres,

febres, pituitosamque materiam, altius ventriculum imbuentem, nonnunquam habent: excitant vomitoria torpidas languentesque partium functiones. In quartanis aliquando observavimus; quod emeticæ potiones potius ventriculum quam morbum debilitavere, et exinde vomitui dispositi fuere, qui ad naturæ enervationem fecit, sursum semper postea morbifica eructante, ventriculum subvertente, materia.

Quod uni convenit eodem morbo, non alteri; et quod uni, uno tempore, non altero; et interdum una et eadem administratio, duobus personis, duobus diversis morbis afflictis, fælicius succedit, quam duobus personis unius constitutionis, ut inveniamus, uniusque morbi, quatenus duos similiter tractari reperiamus.

Nonnulli tertianarii, copiosis haustibus mitis materiæ vomitivæ, unus post alterum ad diversos captus erat, curantur; haud talibus in quartanis confidere oportet: quo facilior est febris,

 bris,

bris, eo facilius curatur, vehementiores communiter difficulter auferuntur; repetitio haustuum vomitivorum meatus distendere, et humores fluidos tertianæ intrare et turbare, potuit; non ita est quartanis, materia illic viscosior, et profundior, arctiorque partibus, manet.

Quartanarius quidam, cum insania excruciatus, quæ insania, vel mania, ab aggravata melancholia pendebat, nec cum infusione stibii, nec hellebori, vomere potuit; demum sumpsit syrupum Rhamni, seu è baccis spinæ catharticæ seu cervinæ, à quo vomuit, infraque dejecit, paroxysmi vero non profligantur.

Aliquando observavimus quartanam in vere, cum languore stomachi, vehementem, tolli cum vomitorio ex ℥ß infusionis stibii, vini emetici appellatæ: Tertianæ vero sæpe vere tali vomitorio tollantur; proximeque quotidianæ, et febres erraticæ.

A vulgo vomitoria usurpantur, sicuti

cuti succus foliorum Asari, qui violens est, et interdum multum excruciat; tertianarum vero paroxysmos nonnunquam tollit, si ad 2 vel 3 vicem præsertim repetatur; quartanas raro curat.

Succus vermicularis etiam aliquando bibitur, valde acris, et fauces lædens, violenter vomitum movet, et paroxysmos (ante quos per binam horam recipitur) interdum, tertianæ presertim, aufert, paroxysmumque quartanæ superfluum, si duplex est, crebro abigit.

Tabaci vel nicotianæ decoctio ab aliis plebis recipitur, vomitione irritata gravi, et nonnunquam traduntur.

Hellebori pulvis fortior prædictis, sic et infusio, nam qualitate heterogenia nostris corporis succis præditus est. Ego semel infusionem bibi, et vomui cum maxima difficultate, spasmo œsophagi exorto, post 2 horas cessaturo, nec febris quartana diminuitur, interdum vero in aliis solvit. Ego illa medicamina nunquam affectabam

quæ certa ſunt ægros reddere patientes, et incerta poſtea tradere à morbis.

In Quartanis faciles vomitus nihil conducunt, Mercurius vitæ, cum Scamonio, ſale Tartari et Mercurio dulci poſſit plurimum efficere.

Aliqui ℥iij vel 4 aluminis cum aceto recipiunt, ventriculum valde offendentes, non morbum diminuentes; ſed nullum medicamentum ita vile eſt ut nullos curet, et nullum ita nobile et certum ut omnes eo ſanentur; ſi quodlibet neminem juvare opinabatur, nunquam in uſu continuatam eſſet. Cognovi alios digitabulum Hellebori albi pulvere plenum devoraſſe, et ſupervixiſſe, in agonia vero mortis, per aliquot horas ejus operationis, cum diris ſignis, ineſſe.

Vulgus ſolet contra Medicorum temeritatem exclamare, et dicere, Nos ibimus ad talem Doctorem, quia ille, ſi non bonum nobis agat, non temere malum faciat; pro hac re ad Medicum,

cum, non nocere, inane et innecessarium est vadere ; pauci Medici tam temerarii sunt ut talia propinarent remedia, quæ ipsi, qui Medicos timent, sponte capiunt.

Nos hic nihil nisi sinceram nostram experientiam tradere intendimus, alias de Febrifugo Riverii, et auro potabili, in libris enarratis, pauca transcribamus, quia hæc in ventriculi oppressione vomere in inferiorum partium impuritate sedes provocant, et sicut natura opus habet evacuare hic vel illic, vel sistere evacuationem, scribunt.

De pulvere Jesuitico nostro nuper famoso fere talia referuntur, is datus per horam unam, aut alteram, ante paroxysmum, pro 3 paroxysmis sæpe sistit febris cursus, interdum in cacochymia diaphoresin, in plethora evacuationem causans ; sed larga hujus pulveris dosis exhibenda, adeo ut nausea sumentibus adoritur, in 2 vel 3 dosi capienda : miror quidem, ut à plena experientia edoctus sum, cur ter

multa febrifuga exhibere oportet, ante plene cognoscamus fallere vel curare; et in pentaphyllo observavi, si tertia exhibitione non valet, ad septimam non valet, pentaphyllum etiam utpote natura indiget, vomitum creat, tamen in aliis morbis nullomodo vomitorium est.

Dedi lanioni, quartanâ vexato, hunc pulverem pro una dosi, quo instans paroxysmus cum reliquis totaliter abigitur, ℞. Mercurii vitæ gran. 4. Diacridii gran. *6*. salis Tartari et Mercurii dulcificati an gr. 15. Zingiberis gr. 5. *S*æpe vomuit, posteaque dejecit.

Aliæ virgini, cum duplice quartanâ excruciatæ, exhibuit hunc pulverem, quo spurius totaliter aboletur paroxysmus, et ordine (ablatis vagis symptomatibus) postea venit quartana singula, ℞. Mercur. vitæ: gran. 5. *S*al. Tartari gr. 15. Diacrid. gr. 4. Mercurii dulc. ℈ß. evomuit egregie, placideque deinceps retro purgavit.

Hominem rusticum, quartana laborantem,

rantem, etiam ſublevavi,cum prædictis pro terna doſi melle exceptis. Etiam à medico Londinenſi audivi, ſe, fælicio-ri ſucceſſu quam aliis medicinis, Mercurio vitæ, Antimonio crudo,diaphoretico,& ſale Tartari uſum fuiſſe.

In diverſis annotavi, cum primum doſis pulveris cornachini, ad evacuationis cauſæ gratiam, propinavi, et per 3 paroxyſmos pulverem vel decoctum quinquefolii exhibui, per horam, vel binam, ſemper ante paroxyſmum expectatum: quinquefolium minus effecit, quam per ſe, ſine præmiſtione vomitorii, propinatum.

Hoc notatione dignum, in nonnullis Mercurius vitæ ad 3 grana, valde et extremum operavit; in aliis *6* grana paulūlum operabant, ejuſdem et monogenæ præparationis; aliter in differentia præparationis varietas operationis ponatur; vero variat operatio Mercurii vitæ pluſquam ullis catharticis vel emeticis.

Capiebant pulverem prædictum chymicum

micum horâ una, vel bina, ante paroxysmum, et in multis iste paroxysmus non percipitur; nam vomitio et cruciatus sensum puto paroxysmi præsentis abstulit, vel nullus advenit, capto pulvere, paroxysmus; proximo tamen tempore justo, ordine et methodo priori, venit exacerbatio solita: nonnulli credebant, cum paroxysmus, à vomitivo pulvere instans, non apparuit, nullum amplius se paroxysmum pati, sed decipiebantur.

Pulverem talem rustico præparavi, ut per 3 paroxysmos, per horam cum dimidio, in 3 partes divisum, ante paroxysmum sumeret, ℞. Pentaphylli ʒj. Salis Tartari ʒs. Mercurii dulcificati ℈i. Interdum vomuit, sæpius dejecit, variat singulæ dosis operatio; nam prima dosis bis vel ter vomuit, et bis dejicere fecit; secunda dosis semel vomere et quater dejicere fecit; tertia dosis, ante tertium paroxysmum exhausta, semel retro purgavit, et puto non amplius turbavit: sed febris paroxysmi

roxyſmi adeo infringuntur ut vix ſentit.

Vomitoria à plebe nimis turbulenta et terribilia pro tertio ſumi reputantur, alias plures curentur : neſcio unde fit, ut ſi non tertia exhibitione, non ad 20 curant, ſed interdum prima ſecundave exhibitione curent ; ſed nihil fallere decrevimus, niſi methodice ter ante paroxyſmos totidem guſtatum fuit.

Hi vomitus chymici in ordinariis tertianis longe efficaciores quam quartanis, quo contumacior eſt morbus eo fortior debet medicina eſſe, chymica in quartanis plus ſimplicibus pollent.

Annotandum eſt, poſt hæc vomitoria, radicitus materiam morbificam evulſiva, ut putemus, relabitur interdum febris, relapſuque priori medicina non curanda viditur.

Excruciant vomitus ex vino emetico, ſeu rubello, æque interdum ut hæ præparationes chymicæ, minuſque agunt.

Ab

Ab aliquibus Chymicis informatus ſum, quod pulverem parant, diaphoreſin tantum movere, et terna vel ſecunda die ab exhibitione, dejectio una aſpera cauſatur, deinceps ceſſans febris viditur.

Hoc obſervatione dignum, quod medicamina purgantia, vel ſurſum, vel deorſum, paroxyſmos proximos valde exacerbant; ſed quæ paroxyſmos ſine evacuatione tollunt, interſtitio paroxyſmorum languentes et ægros reddunt, ſi redire febris intendit.

Interdum vomitoria tantum morbificam materiam attrahunt ad ventriculum, non extirpant, adeo ut poſtea ventriculus offenditur, male afficitur, et pronus fit ad nauſeam vel vomitionem, ptyaliſmum et ſalivationem exiguam: interdum Mercurius vitæ et dulcificatus cauſavere, in meipſo 6 grana Mercurii vitæ nec per vomitum, aut ſeceſſum, purgavere; vero ſaliva, et iiſdem Mercurius vitæ, cum aliis, fortiter ambobus viis operavit.

A mitioribus incipiendum, sed populus ita deterrentur repetitione medicaminum, ut morbum profligari non sinent :

Gutta terit lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.

Cum sponte, declinante præsertim febre, natura, in introitu paroxysmorum præsertim, aliquid vomitione expellere conatur, tempus est idoneum quo emetica dare debemus ; magis quia efficacia sunt in tertianis, igitur propriora sunt emetica : nam vere et realiter nullo morbo quicquid proprium, nisi eo efficax, et quodlibet probare possis esse efficax, proprium isto morbo appelles ; sed ut unus, nostræ scientiæ ita apparens, morbus, à diversis causis originem ducat, sic diversa medicamina, prout causa differt, propria et efficacia esse queant.

Cur tale vomitivum hunc curavit, et illum non profecit, non est in medicina ; nam certum est illud idem, sed corporis vel patientis, vel subjecti, varietate ;

rietate ; ergo irrationale vulgus, cum vident tali vomitivo quemquam ſanari, omnem ita laborantem curari exſpectant, interdumque, ſi quiſque hoc vel illo medicamine quolibet morbo levatur, ſtulte putant quemlibet, quolibet contrario morbo, levationem ab iſta re recipere, dicens, Cognoſcimus quod iſtud eſt valde bonum : Verum ſit ; ſed quod uni morbo prodeſt, alteri nocet, vel obeſt ; omne à deo creatum ſuo loco et uſu bonum, ſed nullum extra uſum, mediocritatem, et locum, bonum ; nec in puritate creationis ſuæ eſt quicquid omnibus bonum ; omnia bona ſunt ad aliquem uſum, et nulla ad omnem.

Vir ſapit qui inter ſimilia diſtinguere noſcit, et ubi et quomodo cauſa oritur :

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Ingenioque ſuo quæque capitque probat.

SECT.

SECT. 12.

De Purgatione.

KA'θαρσις est depurare, cathartica ita nominantur ab effectu, nam immediatum opus est fermentatio, quodvisque in corpore fermentat, purget; singula planta forma differt, sic et virtute; nihil quod deus voluit, non egerit: ne mireris si peculiaritas qualitatis cuilibet plantæ lapidique donatur, cur non tam formæ; deus in posse habuit, quicquid vult, agere. Non est amaritudo Aloes, vel Colocynthidos, quæ purgat, nam abest Senna, Cassia, Manna, Diacridio, tamen purgant; ergo est aliud causa purgationis: Non est acrimonia in Collocynthide, Aloe, Esula, Euphorbio & vermiculare herba, nam Cassia, Manna, Scamonium, & Senna, acrimonia vacant; tamen purgant: Non est nausea in Senna, Rheo barbaro,

barbaro, Agarico, &c. quæ purgat; ſed qualitas alia, et vi et modo purgandi, et quales humores purgare differens; nullum eſt omnibus purgantibus commune, ſed id quo purgant ineſt omnibus purgantibus; ergo eſt peculiaris qualitas, diverſo modo, à deo originaliter diſtincte cuilibet data, et omnia differunt; Scamonium differt à Rhabarbero in viribus; et Rhabarbarum differt à Manna in ſapore; et Manna differt ab Eſula in lenitate, et acrimoniæ abſentia; et Eſula differt ab Agarico in corpore, colore, odore, ſapore, et viribus; omnia gradus habent, et quolibet gradu differentes proprietates: Nemo niſi qui rerum varietatem, mundi Harmoniam noſcit.

Quænam dari poteſt ratio, cur Aloe, pluſquam alia cathartica, febricitantes lædat, quæque medicamina cathartica paroxyſmos excitant et exacerbant; ſed non ſemper et omnibus, et unum in hoc agit quod alium catharticum in

illo

illo peragit: Aloe venas reserat, et hæmorrhoides aperit; et ni ab hoc probabile reperiamus, cur intermittenter febricitantes lædat, nescio quomodo.

Interdum diebus liberis lenitiva propinavi, ad vias primas emungendas, et excrementitias collectiones detrudendas, patientibus plerunque commoda: si quid inter purgantia, præ cæteris, intermittentibus febribus convenit, est Rhabarbarum; sanguinem clarificat, obstructiones reserat, et astringit, unde non violenter excitat materiam morbificam, sed postea figit.

Ego cathartica, ut Mercurius dulcis et Diacridium cum emeticis composita, ante paroxysmos, sæpe dedi, felici cum successu; prius vomunt, et dein cacant: Nonnulli nolunt die paroxysmi purgare, vero die uno interposito; in quartanis, dies post paroxysmum electior est quam dies ante, et exempla aliqua ferunt, quibus patientes multum lædi catharticis die parox-

ysmi

ysmi exhibitis probant; vero interdum fortissima chymica cathartica, vel mitissima lenitiva, die paroxysmi exhibita, prodesse conspiciebantur, febremque solvere.

Et in his alia cathartica nocent, alia juvant, nam est electiva medicina catharsis, et hoc probo à venenis; nam cantharades, vesicam; spiritus luporum, pulmones homines nimis propinque stantes; Dipsas anguis, sitim ventriculi; Canis rabidi morsus, caput cum rabie et timore; Tarantulæ morsus, totius inquietudinem; Apium risus, nervos; Aranearum venenum, penem, cum rigore et urinæ calore, lædunt et producunt. Ergo si est specificatio venenarum ad partes, est etiam medicinæ ad partes, ut multis experimentis possimus comprobare.

Rhabarberum plus prodest in dysenteria, icteritia, et hydropibus, et pruritu.

Aloe plus ventriculo commodat, venas aperit, et sanguinem effluere facit,

cit, ut hæmorrhoidibus apparet: Rhabarberum è contra.

Colocynthis ſanguinem educit cum multis magniſque torminibus, eroſionibuſque.

Mercurius dulcis necat vermes, et cujuſlibet vivificationem materiæ prohibet, interdumque vomitum movet; et certum eſt, pro diverſis humoribus extinguendis evacuandis, peculiariter aliis differt; in ſcabie, pruritu, pediculari morbo, lue venerea, elephantiaſi, &c. purgat peculiariter, quæ non alia.

Quoad pituitam, aquam, bilem, et melancholiam, raro juſto tales reperiantur; nunc eſt dulcis, et rubra, et glutinoſa materia; nunc eſt glutinoſa et gelida aqua; nunc eſt amara et aſpera vivida aqua; nunc eſt conglobata viſcoſaque materia albida; nunc eſt nigra amaraque materiæ fætens; nunc et piloſa, nunc oleaginoſa, nunc petreſcens, nunc verminans, materia reperitur; nam, natura tumores, apoſtemata, obſtructiones, extuberanti-

as, oppilationes, corruptiones, penetrationes, crosiones, verminationes, lapidificationes, &c. nec ex istis (ut antiqui, Galenus, Hippocrates, et qui eos superstitiose sequebantur) humoribus, nisi raro, ita qualificatis praesertim, ut descripserunt, nec isto modo, et iisdem regulis, (ut prisci Imaginatorii authores credebant) compilat et alterat; et quisquis in dissectionibus sit diligens, omnia quae Antiqui tradidere vel vana, vel falsa, vel deficientia, et à conjectura profluere, videat.

SECT. 13.

De Phlebotomia.

POst lenitivum solutivum, venam aperire, die paroxysmi, aliquando bene succedere observavimus, diversosque quartanarios salvos evasisse paucis ante paroxysmum horis phlebotomia celebrata cognovimus; nec in

in iis quibus accedente paroxyſmo dum ſanguis effluxit brachio, incommodum deprehenſi: ſed omnes non ita curantur; nec certus ſum quin alii phlebotomia in, vel inſtante, paroxyſmo celebrata labefactentur; nam tanta eſt diverſitas quolibet morbo, et cujuſlibet conſtitutionis, ut nullum in omni, et omnia in nullo eadem eſſe videas.

Ego quia ab aliis curationem ſibi acquiſitam eſſe audivi, à phlebotomia inſtante paroxyſmo facta, bis ante paroxyſmos quartanæ venam aperiri cauſavi, nulla ſubſequente mihi alteratione; ſed interdum infectum ſanguinem iſto tempore plus moventem efficacius educimus, quam diebus à paroxyſmis liberis, ſicuti in diverſis morbillis et variolis correpturis, mox ante eruptionem, phlebotomia celebrata numerum vel quantitatem minuit, et celerius et facilius ſæpe exeunt variolæ poſt venæ ſectionem; ſed nulli eadem adminiſtratio candem beneficentiam a-

 digit

adigit ad punctum. In quartanis raro venam secare convenit, et mulierem, repetita ejus administratione, in tympanitidem incidit, brevique moritur: in tertianis interdum prospere celebratur, sic interdum quartanis, ut ante demonstravimus, ante paroxysmum per horam, exercita sectio; in aliquibus quotidianis vel quartanis magis convenit quam aliquibus tertianis; sed, si ad morbi naturam spectamus, plus nocet quartanis quam tertianis: sed duo consideranda, morbi natura, et personæ natura, in extremo calore et plenitudine; si replentes & calfacientes præcessere causæ præsertim, quolibet fere morbo secemus venam, et his absentibus, fere nullo.

Virgo, à patre phlebotimiam passa, per hebdomadas 2 febrem quartanam amisit, et pater dixit odorem cruoris naribus excipere, dum ex vena filiæ effluxit,duos vel 3 leves patitur paroxysmos; tunc abit,et filia relabitur:Mira sympathia vel febris communicatio.

Se-

Semina quartanæ ad patrem evolabant ; debilitatis quartanæ in virginis ſanguine ſeminibus, non ad 14 diem redintegratur febris ; ſed cum ſemina pauca in ſanguine virginis ad maturitatem inclinabant, redientibus à patre iſtis ſeminibus quæ à filia recepit, ad originalia ſemina in virgine, vi unitâ, fortis iterum fit febris.

Atomi namque ſeminales gaudent redire ad originem, et corpus abinde fluxere, nam centrum eorum eſt corpus abinde aliqua turbulentia abigebantur ; quietem requirunt, et ſuo corpori jungi, ſi nihil obſtat, conantur, aliqua violentia vel ſympathia re quavis ei appoſita prius à corpore elicitis.

SECT. 14.

De Medicamentis aperientibus, seu deobstruentibus.

IN Tertianis, quia non tamdiu durant ut quartanæ vel quotidianæ, et calidioris et subtilioris crebrò sunt materiæ, obstructiones non tàm facile fiunt, idcirco deobstruentia iis non tam efficacia vel propria; sed si diu durant, fel quoque obstruatur, aperientia prodesse queant.

Experientia hoc demonstrat, nam calida amara, ut sunt Absinthium, Centaurus minor, Matricaria, Carduus Benedictus, Ruta, & Hypericon, bile sympathetica, hepar et fel deobstruendo, succurrendoq; tertianas tollunt.

Hæc etiam quartanis prosunt, sed diu quartanis matutinis horis capienda, in tertianis ante singulum paroxysmum

mum dari tantum ſolent; ſed ſi qualibet aurora dentur, tertianis juvent, corpuſq; à cholera depurgent.

Quartanarii, ſic et quotidianarii, poſt aliquot acceſſus, aſthmatici fiunt, hebetes, pallidi, inflati, defatigabiles, apepti, ventriculo onerati, &c. his ſingulo mane, et hora pomeridiana quarta, ſi non nocte, cachectica et aperientia propinare debemus; et aliquos audivi medicos dicere ſe certe omnes, qui ita medicinæ curſum perdurent, quartanas in ſemianno curâſſe.

Concoquunt materiam morbificam, partes recreant et deobſtruunt, facultates et officia partium redintegrant, et aliqua aperientia, præter communem aperiendi vim, ſpecifica quadam qualitate, febribus intermittentibus proficiunt, ut ſunt prædicta; alia communi facultate aperiendi et deobſtruendi, humoreſq; concoquendi et attenuandi, tantum prædita, febribus intermittentibus ſecundo gradu conveniunt; talia ſunt Cychoreum, Borago,

Apium, Fœniculum, Petroſelinum, Agrimonia, Lapathum, Tartarum, Chalybs, Fraxinus, Bruſcus, Aſperagus, Eupatorium ſive Hepatorium, Aſplenium, Ceterach, Tamariſcus, Epithimum, Cuſcuthæ, Rhabarberum Monachorum et Adianthum; potus vel decocta ex his parata, bis tervè die ſumpta, multum proficere obſervavimus, præſertim ubi ſunt multa et gravia ſymptomata, diebus paroxyſmos interpoſitis, affligentia.

Nonnulli Medici nulla ante paroxyſmos exhibent, ſed quovis mane aperientia: Quicunque cronici ſunt morbi, naturalitèr cronica curatione tolluntur, ſed interdum cronicus morbus chymico remedio ſemel bis tervè exhibito aufertur; acuti morbi rarò Cronica curatione mederi, ſi poſſint, debent, ni poſt ſe veſtigia depravationis in aliqua parte relinquunt.

Hic deponam exemplum pilularum mihi comprobatarum, quartanaſq; mitigantium gradatim, et deniq; totaliter

tèr cohibentium, de die in diem per mensem deglutitarum.

℞ Chalybis cum Sulphure præpar. ℥ ß. Cremoris Tartari, ʒij. Gummi Ammoniaci, ʒis. Pulveris Absinthii, Agrimoniæ, Centauri minoris, ligni Saſſafræ, ana. ʒ ß. Salis Cardui Benedicti et Tartari vitriolati, an. ℈ j. cum syrupo è quinq; radicibus aperientibus: Fiat maſsa pilularis.

* Vero naturâ morbi, et constitutionis, ætatis, virium, &c. patientis consideratâ, alteranda est maſſa eatenus.

Alia maſsa pilularis valde efficax, nostraq; experientia aliquos sola curavit; ℞ Chalybis præpar. cum Sulph. Crem. Tartari, an. ʒ ij, Saſsafræ, Absinthii, Centauri minoris, Rutæ, an. ℈ ij, Gummi Ammoniaci, ʒ iij. Sennæ, Rhabarberi, an. ʒ ijs. Agarici ʒ is. ol. Chymici, Saſsafræ et Salis, an. Guttas. 20. cum syrupo rosaceo solutivo: Fiat maſsa pilularis: ʒ ß. pro dosi singulo mane deglutienda.

Tertiò,

Tertio, talis potus diu usurpatus patientibus symptomatum castigatione & quartanæ, humores concoquendo, et alterando, et attenuando, mitigationem et abbreviaturam attulit.

℞. radicum Apii, Petroselini, Brusci, ana. ℥ j. Sassafræ rasæ, ℥ ij, foliorum Matricariæ, Rutæ, Centauri minoris, Agrimoniæ, ana. mi. Absinthii veri, pug. 1. Glycirizæ, ℥ ij, Seminum Carui, Anisi, an. ʒ iij, corticis Capparum Tamarisci, ana. ℥ ß. Epithymi, Cascuthæ, Rhabarberi monachorum, ana. ℥ ß. Coquantur in ℔. 8. aquæ fontanæ (prius recte incisa et contusa) lente et vase bene clauso, in spiritus aperto vase et fortiori ebullitione exhalent donec evaporatione tertia pars liquoris absumitur; ab igne remota decoctio, donec frigescat, stet, ante coletur, colatura ollis idoneis in frigidis locis ponatur; bibat æger ter in die, hora matutina sexta, pomeridiana quarta, et vespertina octava; sed hæc varianda

rianda ut prudens Medicus patientium et conditionum suarum variationem deprehendit.

Sæpenumero medicamina inania redduntur, quià non satis fortia, et non tàm sæpe ut debent propinantur.

Sed hoc considerandum, quod in sanitate corpus non mutet, in morbo mutabit, et Deus ex providenti sua sapientia et bonitate ita naturam constituit, in febre ardente acida et frigida, ut Limones, Arantia, Cucumeres, Aqua fontana, Lactuca, Acetosa, &c. corpus refrigerant; vero in sanitate, quisquis edit Poma multa, Limones, Arantia, Cucumeres, Lactucam, Acetosam, Spinachiam, &c. in acetariis non ultra modum refrigeratur: sic in ferè omnibus evenirè invenire est.

Deobstruentia vel sunt sympathetica, vel antipathetica, materiæ expurgandæ, ut in icteritia Rhabarbarum, Rhaponticum, Lapathum, radix Penta-

Pentaphylli, Agrimoniæ fragrariæ, Anchusæ, Oxalidis, &c. hæc astringunt; sed hoc casu sympathiâ fel et hepar aperiunt, in cachexia vel clorose antipathetica materiæ expurgandæ sunt hæc, quæ in istis corporibus obstructiones tollunt, Absinthium, Centaurus, Chamedris, Chamepitis, baccæ Juniperi, Chalybs, nam in eo sunt partes igneæ, Tartarum, Sulphur, Solanum arboreum, Pulegium, Calamentha, Radix ari, &c. materia his spirituosis, calidis, igneis, et aromaticis plantis et mineralibus, glutinosa, crassa, frigida, torpida, aquea vel pituitosa, alteratur in contrarium suum, quodcunq; sit, et facultas partium et officium excitatur; unde fit, ut obstructiones ita à nobis judicatas tollere putamus, effectus externos planè à narratione patientis vidimus, sed internam causam nec certe scimus, nec in diversis ejus differentiam sicuti aliena nutritio constitutionem alienam parit, sic medicamina humoribus aliena

na si longo capiuntur, alterationem in iis, ad eorum naturam sæpe faciunt, et qui veneno se assuescunt, tuto inde pascebantur.

SECT. 15.

De Specificis Medicinis, quæ à qualitate peculiari quartanas, quotidianas hæmitritæas, et tertianas, curant.

Εἰδικὰ vel Specifica Medicamina ita proprie nominantur, quæ sympathetica vel antipathetica, heterogenia vel Homogenia qualitati humoris morbum causantis sunt; et igitur morbum debellant et evincunt sine causæ remotione, alteratione tantum humoris, spiritus suos vel antipathetica et heterogenia medicamina necant et consopiunt, vel sympathetica, et Homogenia eliciunt et ad se trahunt, . unde fit ut necato spiritu, vel extracto, materia torpida et immobilis fit; nam spiritus in quolibet movet, et corpus

nostrum (sicut plantæ) absente spiritu vel anima, est frigidum et immobile, putrescens; sic in plantis fructibus, floribus, &c. Cum spiritus qui principaliter in oleo vel sale continetur, evolatur, Plantæ color odor et sapor evanescunt, putridaque illico crebrius redditur, etiam affinitate vel inimicitia medicamina partes respiciunt, unde talia talibus dicantur partibus specifica, ut Euphrasia, oculis, Betonica, Castoreum, Paralysis, Rosmarinus, capite, Absinthium, Mentha, Cydonea, ventriculo, &c. Sic doloribus variant specifica, hoc est specificum pro cephalalgia, ut Verbena; illud pro odontalgia, ut oleum Buxi; tertium pro dolore hæmorrhoidum, ut radix Cynoglossi, Tapsus Barbatus, &c. quartum, pro dolore aurium, ut oleum Amygdalarum; quintum pro dolore Colicæ, ut intestina lupi, glandes querci, ossa mespilorum, baccæ agrifolii, et sic in cæteris.

Quæ sunt specifica quotidianis sunt

eadem in tertianis et quartanis, nam à generali unimoda qualitate procedunt omnes febres intermittentes, quoad intermissionis causam, sed quoad diurnam, binam, vel ternam diurnam intermissionem causas habent variantes.

Facilius tertianæ plerunque curantur quam quotidianæ, et quotidianæ quam quartanæ, et errantes sæpe facillime; sed nunquam idem eosdem in diversis exacte effectus habet, in uno et eodem tempore corripiuntur, ut à stellis iidem sunt iis significatores, nam hæ planetæ duobus temporibus differentes dignitate, domo, et aspectu, et corpus nostrum duobus temporibus differens in plenitudine vel vacuitate, in calore vel frigore, in robore vel debilitate, &c. ita agens et patiens, res influens et res influentiam recipiens, differentes faciunt, ut vix duos uno morbo laborantes uno exactu et eodem statu, in omnibus symptomatibus, et gradibus eorum, et ejusdem constitutionis, reperias.

Ob-

Obſervationes noſtras experientiamque ſolam tradere decrevimus, ergo de febrifugi Lazari Riverii tam ſpecificati et appropriati naturæ occultæ febrium operatione nihil dici convenit.

Pulvis vulgo Jeſuiticus appellatus, cortex eſt, dant de ejus pulvere ſæpe ʒij. pro doſi, pro bina hora ante expectant paroxyſmi incurſum, ſic ad tertium, ſæpeque tertianæ Hemitritææ et quotidianæ intermittenteſque erraticæ abiguntur, interdumque quartanæ, quæ difficilius curantur; iis minus eſt efficax ſingulum ſpecificum, aliter tam bene quartanis quam tertianis ſpecifice appropriantur: Cortex de peru, vulgo Jeſuiticus pulvis, non evacuat materiam morbificam niſi, caſu vomitum provocat, ſæpe relabuntur, et intervallo ægre tulerunt; ſed præſtare igitur anteponi Pentaphyllo putavi.

Pentaphyllon, græcis πεντάφυλλον; latinis Quinquefolium, proxime recenſeri meretur, cujus maximopere experienti-

am

am diu habui, multosque eo curavi, et tertianas quotidianas, erraticas, et quartanas febres.

Interdum dedi ad ℥ß in pulvere pro 3 dosibus, per semihoram semper ante paroxysmum capiendam; interdum ℈j. pulveris pro dosi terna ita proportionatum dedi, nonnunquam et sæpius decoctum propinavi, interdum simplex, interdum mistum, formulam hic deponere consentaneum sit.

℞. Pentaphylli hora Jovis, sua dignitate vel domo fruentis collecti et viridis si potest: M. 1. s. incidatur, coquatur in aquæfontanæ ℔. 1. ad tertiæ partis lenta ebullitione consumptionem, colaturam meram ter per horam cum semisse ante paroxysmos exhibeto.

Magis compositum decoctum.

℞. Quinquefolii mj. ß. Rutæ, Matricariæ an. pug. 1. rad. Imperatoriæ ℥iij coquantur ad tertiæ partis exhalationem, et detur ut prius.

Aliud magis narcoticis compositum

℞. Quinquefolii mj. Rutæ, Matricar. an. pug. 1. Rad. Imperatoriæ ℥ij. Zinziberis ℥j. coquantur in idonea quantitate liquoris; colctur, dissolve Laudani opiati Paracelsici gran. 4. vel robustis gr. 6. detur pro triplice dosi ante 3 proximos paroxysmos.

Plerumque dormiunt et paroxysmum transeunt, nunquamque lædere cognovimus: Ego ipse sæpe Laudanum ante paroxysmos sumsi, et dulce eum transivi, vero sæpe utens oppilatione urinæ parum molestatus fui, adeo ut opiata reliqui; tamen non certus sum quod Laudanum fuit retardationis urinæ causa. Tamen velim paucos narcoticis uti, nisi prudentis Medici consilio, nam possint plurimum interdum nocere, placent egregie ægris, quia somnum et quietem comparant, et paroxysmos his captis narcoticis leviter, interdumque inscienter, transeunt, nescioque an cum vel sine quinquefolio efficacius; sæpius solum propinavi, et imperitos moneo ut solius Pentaphylli

decoctum

decoctū caperent, si Ruta, Centaurus, Cardus benedictus, Imperatoria, Sassafras, Plantago vel Matricaria addantur non præstantius reddunt decoctum.

Vulgus interdum germina Sambuci cum quinquefolio coquunt, et curantur.

Nolui ut lectores mei deciperentur, miror sane virtutem quinquefolii, nihil adeo efficax (omissis chymicis, et forsitan Jesuitico pulvere) in intermittentibus febribus, tamen quartanis sæpe fallit, interdumque tertianis.

Nullum remedium ita est excellens ut omnes sanabit, et omne remedium non ita debile et vile est ut neminem curet.

Interdum quartanæ difficultiores, et contumaciores sunt, sic et tertianæ; nam aliquid habent sua propria natura, et aliquid ab aëre stellis infecto et alterato, de quo exempla hic afferre extra viam et nimis tædiosum esset, alibi vero in scripturis nostris largo demonstretur.

Ego tertiana ter Pentaphylli recep-

to decoctione sanatus fui, historias particulares eorum quos curavi, et curari sciebam, non describam, quia hic in summo et compendiosè observationes cum labore et cura compilavimus, ad laboris mitigationem nostri, et lectoris utilitatem.

Prima Pentaphylli succi, pulveris vel ebullitionis exhibitione nonnulli medentur, alii secunda exhibitione, pleriq; vero non ante tertiam, et qui tertia non medentur, vix decimâ: sed rationem nescio, cur in febribus intermittentibus specifica tèr justo tempore et plena dosi ante paroxysmos darentur ante curare vel fallere certe experiamur.

Sed quærendum quomodo quinquefolium curationem perficit; astringit, et fluxus sanguinis cohibeth, erba vulneraria est, et bona pro ulceribus, sed in febribus vomitionem excitat, non alitèr quam materiam morbificam adiens, et specificè deturbans: non satis diligentèr annotavi anne omnes, qui

qui ſanantur ab eo, vomunt, ſed plures certe obſervavi.

Flatum in nonnullis expellit, tamen aliis morbis non carminativum eſt.

Aliquando ſingula exhibitione paroxiſmos allevat; aliquando aggravantur, tamen tertia doſi auferuntur.

Aliquando alterat tempus paroxyſmi venientis, tamen non ſolvit febrem; aliquando non alterat, tamen ſolvit.

Detur cum ♃ fortis eſt et Luna ei applicans, magíſq; fortunatè in declinatione febrium, et vere et æſtate, quam in vigore ſtatu et hyeme communitèr quotidianæ hemitritææ et tertianæ faciliùs ab eo vincuntur; ſed nonnullæ quartanæ citiùs quam nonnullæ tertianæ quotidianæve abiguntur: non certum eſt remedium qualibet febre intermittente, ſed certius ullo alio inter omnia quæ audivi et legi.

Relabuntur interdum, et recidivationes patiuntur poſt Pentaphyllum febres ceſſans, ſicuti poſt alia remedia,

ut corticem de Peru, &c. et ſæpe ſecundo tempore difficultèr Pentaphyllo curantur. Neſcimus quomodo peculiaritèr operat Pentaphyllum in febribus intermittentibus in qualitate occulta homogenia vel hetorogenia, qualitati peculiari febris naturam et intermiſſionem cauſanti.

Proxime ad Carduum Benedictum appropinquamus, ſic et ad Rutam, Matricariam et Centaurum minorem, hæc omnia ſingula vel mixta, ſucco vel decocto, febres, præſertim tertianas, legitimas et ſpurias, curare obſervavimus, ſi ad tertiam vicem exhiberentur: Cum Pentaphyllo hæc concoquimus, et mulieri Syncope et deliquiis in paroxyſmis laboranti dedimus, et paroxyſmos et deliquia tollebant; idem cum opio decoctum propinavimus qui ſyncope in paroxyſmis laborabant, tradebantur; etiam alia muliere ante paroxyſmum 2. grana. Laudani capiebantur, poſt paroxyſmum ingens edendi

di eſt appetitus, antea ei non ſolitus.

Vulgus ſæpe poſſetum ex Carduo benedicto febricitantibus miniſtrant, ſæpe ſubſequitur ſudor, et interdum profligatur febris.

Nobiles mulieres etiam cum decocto Centauri minoris et Rutæ plebem interdum curant; raro quartanas vero, et non in quolibet alterno curant.

Uni Rutæ ſuccum per ternam vicem ſumenti puſtulæ exibant, et ſanitas ſequitur, virulenta materia à Ruta expurgari criticè videbatur.

Etiam qui exactis paroxyſmis non morbiunt, accepta Ruta rigores frigidi extirpantur.

Decocto Chamedrios alii medentur, alteq; Medici nonnulli extolluat; vero ſi plures curaret, plures uterentur.

Alii curantur Julapio ex aqua Theriacali cum ſyrupo Lymonum, et in quartana ſubſequente autumnalem malignum morbum 1657. alexiteria pro-

desse queant, spiritus salis recte distillatus magnarum est virium, diversasq; novimus quartanas eo curatas; tèr verò fallit ad semel cum curat: tèr ante paroxysmos cum aliis exhibitur, 30 guttæ interdum pro dosi capiuntur, validior est in tertianis et quotidianis, quia faciliùs quartanis extirpantur; unica exhibitione ℈ j. nonnulli tertianarii traduntur.

Hæc agunt secreta qualitate, nam amaritudo et calor Centauri non est in Pentaphyllo, et nausea et astrictio Pentaphylli non est in Ruta, et Plantaginis frigor et astrictio non est in Imperatorio, et calor et acrimonia Imperatorii non est in Camphora; ergo unde hæc specifica febres intermittentes sanent secretæ qualitati referendum est.

Vero in omnibus Una et eadem est qualitas quoad febris cursum morandum.

Medicus Quidam hujus Comitatis mihi familiaris hoc febrifugum pro secreto,

creto, illum adhuc in quibuſlibet intermittentibus febribus nunquam fallente, communicavit.

℞. Salis Abſinthii, Cardui benedicti, an. ℈ j. Aquæ Cardui benedicti ℥ 4. ol. Sulphuris gutta 20.cum ſyrupo papaveris Rhœados, q. s. fiat Julapium. Interdum ingredientia compoſitionis, prout cauſa morbi et conſtitutio ægri requirit, mutat, aliquandoq; Sic.

℞. Salis Abſinthii ʒ ß. ol. Vitrioli ℈ i. pulveris è chelis Cancrorum ℈ ß. aquæ Cardui ℥ 4. Sirupi papaveris rubri: ℥is. miſce: detur in acceſſione prodromi paroxyſmi, repetaturq; bis terve, ut opus erit.

Sed nimium nemini, in ullo confidas, nihil eſt tam certum quod ſemper, & nihil tam incertum, ut nunquam, ſublevaret.

Alii ſanantur poſſeto Chamæmelino, Sale Tartaro Chalybeato, Sabina, &c.

Etiam alterum quartanarium mederi ſolo diaſcordio terna vice ſumpto cogno-

cognovimus: Sed plura in sequenti Sectione de medicamentis minùs certis conspiciantur.

SECT. 16.

De Diversis simplicibus vel compositis à vulgo vulgò usitatis pro paroxysmis febrium sistendis.

EXperientia nostra multa et diversa medicamina plebis vidimus, nullum adeo debile ut nunquam curet, et omne adeo debile ut semper non curet.

A Domina clara apud Huntingtonium decoctum Meliloti Laudibus effertum audivi; ab aliis decoctio germinis Sambuci, Salviæ et Pentaphylli, (sed solum Pentaphyllum opus peragat) celebratur; sic in Diascordio est Gentiana, Tormentilla, Galbanum, Myrrha et Carduus cum opio quæ rem perficiunt, sed plebs nec imperitus Medicus quæ vim retinent, obser-

vant, adeo ut superstitiosè in compositione omnia simplicia secundum suam strictam directionem dabunt, etsi alia alia retardant et impediunt : frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora.

Mithridatio vino ebibito vetula quædam declinatione quartanæ traditur.

Empiricus quidam apud Huntingtonium circa annum 1657. se omnes febres quartanas curasse gloriabatur, viator fuit; et illis gloriatio et mendacia propria, et nullam aliam viam habent practicandi.

Mihi sicut arcanum infallibile communicavit hoc sequens.

℞ Theriacæ Londinensis ℥ j. solve in vini albi. ℔. ß. super prunas, tunc per 8. vel 9. horas jejunium ante paroxysmum tolerans ebibe, et 2. horis elapsis decoctionem florum Calendulæ sume, et hæc ultima dosis per horam ante incursum paroxysmi sumenda, et sic ad tertium tempus pergens, (nam ita omni vulgi medicamina capienda

sunt)

ſunt) jurabat me et omnes alios percurari, nam in Germania illum practicaſſe cum ſucceſſu infallibili hoc ſecretum, jactavit: ſed mihi commodum nullum attulit, ſicuti Dominæ claræ prædictæ, cum quartana deinceps laboravit, medicamen ex Meliloti decocto non curaret, nec levationem attulit.

Gulielmi Fabritii Hildani regula laudabilis, in ſua Lithotomia,

Inſipienti major ineſt Jactantia menti,
Vas etenim pleno tinnit inane magis.

Alii mihi retulere ſe mederi cum hauſto vini meri, ſuperepotato decocto Alii; etiam Allium ter ante paroxyſmos quolibet more in virtute ſua receptum à Sacerdote pro certa curatione tam quartanarum quam tertianarum prædicatur: ſed fallit omne in nonnullis.

Frigidi morbi quibuſcunq; calefacientibus interdum abiguntur, interdum vero nullis refrigerantibus appropriatis; nam naturæ conatus, et prævia

via diſpoſitio noſtri ope conſentiat, et aſtrorum fortunatus aſpectus; alitêr id fieri nequit à principalibus medicinis, quod alio tempore ab ignobilioribus fiat. Naſcimur brutis ineptiores et ignorantiores, ſed Deus nobis ultra bruta animalia capacitatem dedit, ut doctrina et diſciplina ingenium augeamus; et ſicut erudimur, et educamur, hanc vel illam opinionem vel religionem cum Patria noſtra recipimus: nihil ergo eſt clarius, eſt nihil verius et certius experientia, nam hac docemur, et veritatem à falſitate per hanc diſcriminamus.

SECT.

SECT. 17.

De Diversis Ridiculosis irrationalibusq; Medicaminibus, Methodis, et Ceremoniis, quibus utuntur alii, per quæ singula nonnullos curari observavimus.

1. AQua rosarum rubrarum non adulteratâ ad cochlearia tria per binam horam ante invasionem bibita, curavit unum atq; alterum et tertianarium et quartanarium, si terna repetitur: sed potius naturæ præviæ dispositioni et Stellis referendũ quam viribus medicaminis.

2. Alii bibunt invalescente frigore aquam frigidam copia, et postea se nullos paroxysmos passuros narrant; possibile est, prælium naturæ contra extremum frigus in extremum vertatur calorem, unde abigatur febris, viluti qui in calore bibunt cerevisiam frigidam

gidam citò vel plus quam ante ſudant.

3. Alii ad Genu tenus in aqua ſtant frigida accedente frigore febris Tertianæ, et ſic curantur.

4. Alii fumum Nicotianæ deglutiunt in copia, ſuperbibendo alæ vel cereviſiæ primariæ hauſta, ampla, et vomitu rejiciunt, iterum ſeſe implendo fumo et forti cereviſia ſuperepotato, revomuntque; ſic per diverſas vices hoc peragentes ſanari exprimunt, modus eſt ridiculoſus; ſed quodcunq; fortem movet vomitionem, amiſſionem febris procuret: in Tertianis ſæpe largis repetitis hauſtibus liquoris vomitivi ſanationem attulit, rariſſime vero in quartanis.

5. Aliud exemplum eſt larga ebrietas et potatio cereviſiæ fortioris ante acceſſionem febrilem, interdum alios abſtulit ab ægritudine, ratione magis attulerit morbum: ruſtici et robuſti jactant quod illi febres quaſlibet intermittentes bibacitate profligare poſſint,

ſint, bibunt donec ebrii, et tunc forſitan paroxyſmum non ſentiant, nam oborto novo conſopitur vetus malum, major dolor minorem obſcurat, larga bibacitas vaſa diſtendit liquefacit craſsos humores, fundereque poteſt, ſed plerunq; magis obeſſe quam prodeſſe etiam in ruſticis et robuſtis conſpiciamus; ſed qui huic addunt laborem ante acceſſum febrilem ratione conſulere putentur: Certus ſum, quod multi febres alioſque morbos intemperantia et bibacitate cauſant, improprieque cauſa curari poſſint; ſæpe abſtinendo à cauſa curemus, plures gula periere quam gladio.

6. Aliud ſtultum genus traditione ab alio ad alterum largum potus hauſtum bibunt cum ſale multo, paroxyſmo incipiente, et ſic nonnullos mederi mihi nuntiant; plures vero fauces exaſperat, excoriatq; ventriculos, ſtomachoſve, non ſine ingente dolore inflammationeq; interdum.

7. Aliud

7. Aliud superstitiosè genus omnes artus et juncturas ligant quam strictissimè; superveniente expectato paroxysmo nihil sentiunt, quia major dolor minorem obtundit: gravius malum mitius obruit: remedium sæpe pejus morbo invenitur, præsente ablato dolore, ablatis chordis, nonnunquam partes ligatæ posteà morbide se habent.

SECT. 18.

De Paroxysmis narcoticis cohibitis.

NOnnullos novimus Medicos in quartana epidemica 1657. valde et omninò narcoticis uti et confidere, et diversos tradere; vero in quartanis, quia frigidiores sunt et contumacioces, minùs propria et efficacia sunt quam tertianis, omnes paroxysmos certe narcoticis figamus et sistamus narcoticis ultra alia; nam motionem cohibent, sicuti experientia com-

probavi hyftericos, Epilepticos, Syncopen, et febriles paroxyfmos motione Laudano opiato retardari, nam Opium calorem ftupefacit, et motionem unde calor excitatur et continuatur, ceffat, fermentationemq; à calore partes heterogeniarum materiarum minutiffimas exactè commifcente orientem confopit et annihilat.

Sæpe quos narcotica non curant, fublevant, interdum vero reddunt febres contumaciores, fæpe ficuti poft alia remedia relabuntur ægri Sanati, vis Opii cum fenefcit fymptoma fæpe cum vigore redit, fed obfervavimus in pluribus quam uno, repetito narcotico totaliter illud fupprimit quod femel exhibito relabatur, nec damnum effe fæpe vidimus; nam aliquando quo fæpiùs nocens fumitur remedium, minus nocet, accommodata ejus naturæ ægri natura, nunc quo crebriùs fumitur nocens, magis naturam obruit, fanguinemq; inficit et contaminat.

In meipſo ſæpe ante paroxyſmos Laudanum ad grana duo captante caloris et cephalalgiæ mitigationem habui, interdumq; ſomno dulci paroxyſmi tædium et moleſtiam tranſivi, vero demum dyſuria captus plus Laudani ſumere timebam ; non certus, fuit ut illud cauſa, fui, in quibuſcunq; ſomno indigentibus, calore oppreſſis, bileoſo vel ſanguineo temperamento præditis, qui tertianiſq; magis quam quotidianis vel quartanis paroxyſmis affliguntur, Laudanum opiatum, Opium præparatum, Papaver, et ſimilia, ſint et utilia et propria, læſo quovis viſcere; ſine dubio male repetuntur narcotica.

Forma à quodam Medico talis erat.

℞ Myrrhæ, Seni, Rutæ, Apii, an. ℨj. Croci, Antimonii diaphoretici an. ℨ ß. Laudani opiati ℨ j. Theriacæ venetæ ℨ is. cum diacodii: q. s. fiat maſsa pilularis, adeo magnitudine proportionentur pilulæ; ut ſingulæ ſit

 1. gra-

1. granum Laudani, per 3. vices ante paroxyſmos ſumendæ.

Calida frigorem Laudani multum obtundunt, vimq; ſuam deleteriam caſtigant, in hyſtericis paroxyſmis, obnoxiis fœminis, Opiũ ad largam quantitatem dielim capi obſervavimus, tanquam naturis ſuis ut panis noſtris Opiũ erat ſyngenium et familiare, et hiſtoriæ paſsim deſcribunt tales, ſi ℥ j. vel plus pro doſe Opii capiunt non dormiunt, nec conſopiuntur, in quibus ſæpiùs repetebam Laudanum, ſecundâ, tertia vel quarta exhibitione, naturæ aliquomodo aſſuetum et aſſimilata ei natura, non iſtam mutationem in corpore fecit, ut prima fecit exhibitione; aliquando vero nimio pondere, vel crebriore exhibitione, lethargum adſciſcat.

Pentaphyllo interdum Decocto addidimus Laudanum opiatum cum Ruta, Matricaria, Imperatorio et Hyperico, vero Paulò majori ſucceſſu; ſæpè vero de

de ſimplici decoctione quinquefolii vel pulvere ſucceſſum felicem comparavimus, ſæpeque de decocto quinquefolii cum narcoticis; ſed potius ſimplex decoctio commendanda. Pentaphyllon agit quadam nobis incognita qualitate, Laudanum magis aperta, non video ut Ruta, Matricaria, Imperatoria, Apium, Myrrha, &c. vim Laudani quovis modo infringunt, ſed vim ſuam nimis frigidam et torpentem poſſint mitigare, et corrigere.

Dederim tale Electuarium cuidam cum ſucceſſu, ℞. rob. quinque folii ʒij. Laudani op. Paracelſici gr. *6*. Sacchari ℥ß. fiat electuarium pro triplice doſi.

Diaſcordium, quod aliquos ſanare vidimus, præſertim opio Operat, paroxyſmoſque cohibendo motionem materiæ, et fermentationem, ſiſtit, et febribus et tertianis et quartanis proprius ob ſimplicia febribus convenientia, et narcoticis correctiva, ut Scordium, Tormentilla, Galbanum, Gentia-

na, ſemen Oxalidis, Piper, & Zingiber, ſed ad particulares morbos particularia parentur remedia: Mithridatium continet aliquid bonum pro omni morbo, et ſingulare eſt pro nullo, chaos quidem et indigeſta moles, contrariis ut in creatione univocam putarent harmoniam fieri medicamentis.

SECT. 19.

De frigidarum febrium curatione, ſive de remediis frigidos rigores et horrores auferentibus.

IN aliquibus vix calor percipitur febribus, et igitur vulgus imperitum aiunt, hoc eſt anglice *Ague*, et hoc eſt febris et anglice *Ague* ſimul, cum frigor et calor æque miſcuntur, vel methodice copulantur.

Nonnunquam frigor et calor adſunt ambo, ſed exſuperat frigor et rigor extremus eſt, de quo omnino conqueritur patiens, et tunc remediis opus

pus est, horroribus et rigoribus aliqui lacerari et divellicari videntur.

Calfacientibus frigus depellitur, contraria contrariis medentur, sed non omnia calida adeo specifice errorem harum febrium respiciunt,ut nonnulla, Ruta præ cæteris excellit, rigores namque frænat, æquatque sæpe calorem febris cum frigore, isto moderato, nec multum post sequitur dignitate imperatoria seu magistrantia, angellica etiam et spiritus ejusdem, spiritus vini &c. hæc comprobata sunt.

Plebs sponte edunt Zinziber viride, id est conditum, Piperis grana integra devorant, Aquam Anisi, Vitæ &c. bibunt ineunte frigore; sed hæc moderate sumenda ni ad metam et ultra progredamur, nam adeo interdum excedunt, ut calidum paroxysmum, antea frigido multo minorem multo majorem causant, cum intensa cephalalgia, stomachi intemperie,siti,et quietis absentia, Jactura &c.

Nec omnes ita excusantur, nam ali-

 quando

quando duplicatur tertiana vel quartana temere apud principium frequentius acceptis calefacientibus.

Empiricus quidam viator applicare ventriculi regioni ſacculum ex radicibus Hellenii contuſis oleo ſpicæ infuſis ſolebat; probabile ſit, id calefacere ſatis fortiter, ſi ſatis tuto, quoad naturam olei ſpicæ et locum applicationis, uſurparetur.

Alii medicamen ex pipere contuſo cereviſia forti decocto, et ſaccharo vel melle adulcoratum, cum farina tritici inſpiſſatumque, parant, hocque vocant panatellam pipeream; aliqui tenue bibi, alii ſpiſſius per cochleare ſumi preparant, alii ſpinam dorſi inungunt, Opopanaxque oleo ſolutum idcirco laudatur, et non ſolum ad rigores et frigidos tremores devincendos, ſed etiam febrem ſolvere. Vitium, omne attingit, cum ultra naturæ medium tranſit, ut in moribus, ſic in humoribus, virtus ſtat in medio, ſic ſanitas; nam deus quodlibet perfectum creavit natura,

natura, sed cuilibet digredi capacitatem dedit, si quicquid ultra terminos et limites naturæ sinceræ pergit, in vitio est; nam omne bonum est si sicut creatum fuit manet; quicquid sicut creatum fuit manet, mere naturale est, et quicquid mere naturale, absolute perfectum, & quicquid absolute perfectum vitii vel ægritudinis non in causa est; nullum malum est sed eatenùs naturam suam sinceram creatam deponit, & ultra gradus & limites a creatore ordinatas errat.

SECT. 20.

De Medicamentis externis, Τὰ τοπικά.

PRimumque de topicis, carpis appositis.

1. Diversa medicamina carpis applicantur, alia frigida, alia calida, alia styptica, alia cathartica, alia plastica, alia Epispastica, alia Somnifera, alia attenuantia et aperientia, omnia omnes febrium fortes curant interdum, et singulum

gulum in singula febre fallit interdum, idque sæpissime.

Sed aliquæ cognatio et homogeneitas, naturæ et qualitati humoris febricitantis inest omnibus, sed nobis absolute occulta, nec omnia sympathia nonnulla antipathia operant, vim suam vasibus et sanguine ad fomitem et focum febris transmittunt, corpus et succos ejusdem qualitate sua inficiendo, alterandoque.

Vis unita fortior, cum interna bibi propinavi externa carpis applicari jussi, sed nescio, an singula interna magis auxiliabantur, nam cum, carpis, medicinis, fefellere interdum, et extra his curavere interdum.

Plebs omnium communissime ad febres extirpandas utuntur topicis, sæpiusque carpis, interdum dorso, aliquandoque pedibus et umbilico, de quibus in ordine postea.

In quartanis externa carpis raro curant, vero in ordinariis tertianis, et quotidianis, erraticisque percurare

sæpe

ſæpe videntur, ni relabuntur ægri quod non raro accidit, præſertim in quartanis ſi carpis topicis medentur, in vere et æſtate, utpote omnia alia remedia efficaciſſime adminiſtrantur.

Plebs ſolet per diem ante acceſſionem expectatam topica carpis adhibere, et continuo gerere; interdum renovant quolibet paroxyſmo, interdum in quemlibet paroxyſmum novum parant remedium, ni natura uni aſſueta alterationem à familiaritate non ſentiat.

Externa ſicuti interna ad ternum paroxyſmum locari ſolent et debent; ſi terna adhibitione recta non proſunt, raro ſi ad 10 adhibentur proſunt.

In pueris qui interna ſumere nequeunt, apta ſunt, ſed quoniam fermentationem ſupprimunt, et cauſam non eradicant, ſæpe male paroxyſmorum ceſſationem tolerant.

In-

Interdum si acria sunt nimis, cutim excoriant, humoresq; ab extremis congregant, adeo ut nonnulli pessimè sanantur.

Omnia hæc observavimus, et decretum est nobis nihil authorum his addere: mille et ducentos observationes de ægritudine scripsimus, plures de febribus intermittentibus vero quã de cæteris morbis.

Una et eadem medicina in diversis diversum habet effectum, et quod semel curavit, altero tempore nihil prodesset, et quæ multa tentant remedia, iis magis contumacem reddunt morbum: Omnis caro non est eadem et ejusdem constitutionis; ergo tenera corpora non exasperanda acribus: carpi aliquorum non tolerant, quæ alii possint sine excoriatione, inflammatione, et tumefactione.

Multi tertianarii et quotidianarii, irregularitérq; febricitantes, Carpis admotis topicis, nonnullique quartanarii,

narii, medentur; ideoq; non omninò ſpernantur.

Quot homines verum, ferè tot diverſa remedia; per ſingulum ſequentium Curatio perfici obſervavimus, et bis vel ter per aliquas applicationes, nullis internis unà propinatis.

1. Sacerdos ancillam, quartana laborantem, cum Plantagine, Millefolio et Urtica carpis admotis, ſanavit; ſed relapſum patiens, ſecunda applicatione non ſanatur; ſi Matricaria adderetur, fortior ſit, ergo febrifuga appellatur.

2. Alios ſanavit Emplaſtrum, ex Thure, cum Terebinthina, ad carpos locatum.

3. Terebinthina et Maſtiche adeo applicata.

4. Ex fortioribus aſtringentibus, ſive attrahentibus, comparatum Emplaſtrum ſanavit aliquos, nempe ex Bolo Armeniæ, Sanguine Draconis, Maſtiche, cum albumine Ovi receptis.

5. Quintus

5. Quintus patiens curatur cum Terebinthina et Pipere; calidum medicamen est.

6. Sextus cum Camphora et Terebinthina; frigidum medicamen.

7. Septimus cum Allio, Fuligine, Ruta viridi et Aceto, in cataplasmatis formam contritis, et carpis admotis, curatur; hæc calida.

8. Cum Emplastro ex Laureo; Thure, et pulvere Vitri, causticum; et nuper à Medico sobrio audivimus mulierem cum aliis pulverem Vitri carpis, in febre erratica, apposuisse; et cutim excoriavit, tumorem excitavit, diuq; inflammatio perseveraverit, priusquam sanaretur.

9. Alter patiens Helleboro albo, Ficubus excepto, sanatur; in alio Helleborus albus, ficubus applicatus, alterationem paroxysmorum fecit.

10. Pulvis nitratus, cum semine Cymini et Aceto, applicatur cum remedio.

11. Piper et Sal, ovo torrefacto; omnia

omnia contundantur, et admoveantur.

12. Allium, semen Sinapeos, et Hyosciamus, simùl contusa et incorporata, carpis adligata, febrem solverunt; Allium et Sinapis vehementèr inflammant, Hyosciamus tam extremo altero ponitur; unum irritat et stimulat expultricem, alterum facultatem expultricem sedat et quiescit.

Hæc omnia, cum aliis quæ nunc perscribere longius debito sit, indignitas major fuit, curavere; sed nullum est quod non in totidem fefellit, bonum est præsidium quod alternis applicationibus medetur.

II. De topicis plantis pedum alligatis.

Medicamina plantis pedum applicata probabilitèr tam fortem vim habeant quàm carpis quæ applicantur, communissimè tamen carpis, raroq; simùl plantis adhibentur; pedes minores

nores arterias et venas habent, longinquiores à centro etiam ponuntur, sed qualitas medicaminis succos corporis et sanguinem inficit, quæ infectio alterat qualitatem humoris morbifici, fermentationem excitantem, et aliena conditione se imbuit; alia sympathia ad plantas pedum spiritus humoris morbifici (quibus celantur et continentur qualitates peculiare, quibus adeo peculiariter et singulariter operant, et excercentur quilibet morbi) attrahunt, unde insipida et mortua relicta materia, absq; spiritibus, quibus agens qualitas continetur, torpida et immobiles extat.

Quidam Medicus gloriatus est, centum homines Pice liquida plantis pedum emplastrata se curâsse, per aliquot dies vero continuò gerenda.

Alios alte extollere Petum, Allium, et Crocum cum Aceto incorporatum, et per dies aliquot pedibus affixum, audivimus; et quos tradidit, nuntiavere.

Rusticus mihi retulit pro secreto, Ramos Ligni Vitæ sub pedibus dictim gestos se sanavisse, et Domina ejus, dixit, magni de eo remedio æstimavit.

III. Ὀμφαλώδης medicina, seu applicationes ad umbilicum, etiam ad ventriculum, æqualium possint esse virium cum carpis topicis: Terebinthinam solam Venetam umbilico puerulæ applicabat Medicus, et bis vel ter febrem quartanam abegit, et propiùs centro; nescio quin efficaciora umbilico applicata possint esse quam Carpis remedia, si tam usitata fuere.

IIII. Tergo vel dorso antea descripsimus medicamina, vigores et frigorem febrium debellantia, etiam ad totum febris vestigium eradicandum. Quidam Medicus societatis Collegii Londinensis celeberrimus commendavit Opopinacem oleo quopiam calido solutam, et dorsum illinitam.

Hoc in loco famosa est Illinitio, nupèr, dorsi ex seminibus papaveris contusis oleo Violarum inditis, antè paroxysmos tres usurpanda; sed cum medulla spinalis à narcoticis lædatur, et resolutio vel paralysis introducatur, omittenda sunt tam valde frigida, etsi nonnullos curare ita applicata, testimonia producamus, in quibus nullum malum obortum est symptoma, vel sensationis aut motionis imminutio vel depravatio secuta est.

SECT. 21.

De terrore et timore subitaneo paroxysmos omnino cessante.

TImores et terrores spiritus ad cor Centrum revocant, id vulgò statuitur; vero cum diligenter examinatur, anima ex corpore et à Centro foras evadere conatur, et provocatur, nam subitaneis perterrefactionibus nonnullos subitò mori historias multas

tas à noſtra experientia, et auctorum obſervatione, afferre poſsimus: Anima namq; ſentiens eſt, et ea perterrefit, non corpus, et ea corpus mutat, non corpus animam; mutuò conſentiunt, nam afflicto corpore affligitur anima, et afflicta anima alteratur in deterius corpus, ergo Imaginatio ſola varios et interdum magnos affectus corporis parit, et corporis, præſertìm cerebri, male affectio, animæ furorem, deſipientiam, vel tarditatem, et ſtultitiam inducit: Ergo malum eſt, et horrendum Crimen, omnia ad diabolum referre, quæ mala ſunt; nam anima ſentiens patiens fit in iſtis, ergóque non propriè et abſolutò agens, quia alieno gubernatur, et reſtringitur, alteraturque, à mutua ſympathia animæ cum corpore ſuo.

Cum anima Corpus reliquit, pallidum, frigidumque, ſine quovis in ſanguine vel aura motu, ſic in Syncopi, non ad cor anima fortificatur, ſed potius foras migratur, et poſtea

ad Centrum revocatur cum calor et motus recuperantur.

Sed in febribus terrores non ſemper curant, nec cujuſcunq; generis in aliquibus auxilium procreant, in aliiſque cujuſcunque generis opitulantur.

Ancilla ab equo cadens, fracto brachio, amiſit paroxyſmos.

Juvenis ab equo in Rivum cadens, ſtrenuè operam dans ut emergat, et perterrefactus, amiſit quartanam.

Alius urſo in domo ſibi appoſito pertremibundus, à febre ſolvitur.

Relatio eſt valde pervulgata, variata vero ab omnibus illam narrantibus ; hoc in ſummo eſt : Vir quidam febre intermittente diu excruciatur, et eam opponere decretus eſt, quapropter denudato veſtibus corpore, in hyeme in fontem ſeu ſtagnũ inſilit, et aqua tegitur, dein proſilit ex aqua, induit veſtes, bibit aquã vitæ, et paroxyſmus jam ſtatim expectatus venire, non venit, nec ullus deinde ampliùs, adeò ut ex toto totũ amiſit morbũ: Sed imitatores hujus nullos audio. Sed

Sed alii ab externa refrigeratione, internam excaleſcentiam, qua ſolveretur febris potius quam terrore, procedere putent.

SECT. 22.

Περὶ φυλακτηρίων, *ſive de Amuletis.*

AMuleta, primo pro veneficiis ordinabantur, nunc pro quibuſlibet morborum generibus, communiſſime circa collum ad pectus pendula locantur. De nonnullis amuletis, ſeu periammatibus, rationem ſuarum virium et operationum reddere poſſimus ; vero de alteris dubioſa eſt operationis via ſtatuenda.

Camphora omnium pervulgatiſſimum eſt periapton, omniumque efficaciſſimum; certe ſæpius ullo alio curavit : Sed objectio oriatur, alia non tam ſæpe applicantur, ergo tam ſæpe curare nequeant; partium eſt volatilium, nihil adeo cito in aerem vertitur,

citiſſimè inflammat, unde conjiciunt calidam eſſe, ſemine lini continetur, ne in vapores ſubito reſolvatur; quot ea utebantur, non numerem; Tertianis et quotidianis frequenter ſanavit, interdumque quartanas, cum ſponte ceſſaturæ ſunt, et enervatur earum vigor: Nullum diſcrimen inter naturam tertianæ, quotidianæ, hemitritææ et quartanæ deprehenderem, quoad curationem, et ſpecificationem remediorum, ſolum in contumacitate et propenſitate ſanari; camphora nonnullos quartanarios curavit, et nonnullos tertianarios per collum ſuſpenſa non curavit: Poſt vigorem et ſtatum morbi, et debito, ſecundum ſtellarum poſitionem, ſuſpenſa tempore, magis prodeſt, ſi valde extat febris contumax;

——data tempore proſunt,
Sed data non apto tempore quæque nocent.

In

In liberis et infantibus à nemine negari debet camphoræ uſus, quia pueruli non prompti ſunt ad vomitionem vel purgationem medicinalem, tam fortem ut febris avellatur, nec calidis amaris, ſudorificiſque delectantur.

In ſerico, ad pondus ʒj. interdum ʒ ß. aliquandoque ʒij. pendent per collum, citò vapore minuitur, et evolat, et igitur proprius periapton vel amuletum fit: Neſcio anne toto corpore ſumta, adeo valeret; nam atomi continuo larga copia et impetuoſe irrumpentes intra corpus, ſpiritu inſpirato, attrahuntur, et ſpiritus materiæ febrilis conſopiunt vel enecant, in quibus ſpiritibus qualitas continetur peculiaris, per quem qualitatem peculiarem peculiariter ſingulus morbus agitatur, et invicem differt, alter ab altero. Si quiſquam hoc negaret, naturam omnium ſeminum examinaret, et hoc non negandum probaret; multa differunt in colore, odore, figura, et ſa-

pore, et tamen ſpiritus qualitas parum differt, in ſpermate hominis, canis, tauri, felis, apri, leonis &c. parum videatur forſitan differentia in colore, ſapore, odore, ſpiſſitudine vel lubricitate, tamen diverſas et alienas in ſe continent qualitates, quibus nobis occultis operant, et formas et naturas diverſas abinde formant et creant.

Sic in ſeminibus terræ commiſſis, et creſcere injectis, quid ſingulare, formæ plantæ cohærens, videri poſſit; qui plantam neſcit, à ſeminis forma vel figura, formam, virtutem, vel naturam plantæ non recte, niſi caſu, declaret, et demonſtret.

Probabile eſt in multis amuletis, ob ſympathiam ſpiritus humoris morbifici, evolant ab intra, ad extra, ad amuletum; ergo mandantur ſepeliri, cum à collo tolluntur; alia amuleta expirantes atomos immittunt intra corpus, et ſua heterogenia natura ſpiritus morbifici humoris vel necant, vel alterant, adeo ut movet, vel non, vel non

præ-

prædicto more, in atomis ab amulebis expirantibus spiritus corporis inest, interdum à corporibus, vi et molestia, ut fricata semina magis odorantur, extruduntur atomi; interdum evocantur et eliciuntur re quadam externa homogenia, ut ferrum magnes trahit, aurum sic argentum vivum; mulier, cum vir semine abundat, ad conjunctionem allicit, quia semen maris sympathia semini mulieris viros provocat ad coitionem, sed cum in viro non redundat semen, amor et libido ad fœminam non viget et intenditur.

Aranea inter testas nucis inclusa, per collum suspensa, tradidit aliquos; etiam si sua tela indatur, et per collum suspendatur, alios audivi curare, dicentes.

Ligni crucis portiunculam alii loculis gerunt, et exempla producunt eorum, qui sic medentur: vir quidam jocunde dixit, si pars crucis nullam attulit salutem, tota crux totalem eradicabit morbum.

Empi-

Empiricus quidam curavit quartanarium cera, qua impressum fuit sigillum signi cælestis et planetarum; signũ daretur sigillo certo tempore quoad planetarum positionem propriam, et hæc amuleti more per collum circum ligabatur: Alius alium curavit cera per collum ligata, qua aliquid absumi continebatur, et ut illud absumeret, ita febris minoretur; alludat superstitiose ad crucem Jesus, et papistis deludentibus originem ducat, de quibus et similibus in sequente sectione locupletius differemus.

Animadversio vero fieri debet, an à natura, an à medicina, talis eventus febris adscribendus; nam prudentis est medici alias, quam vulgus judicat, judicare; nam terminaret isto tempore sponte fortassis à natura, si nunquam remedium istud usum esset, Febris,

Exitus acta probat; careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putet.

SECT.

SECT. 23.

De variis Superstitionibus, et Incantamentis, quibus febres cujusvis generis intermittentes nonnunquam depelluntur.

EMpirici medici, vulgusque, præcipue his utuntur, et absurdis regulis, vel sine regula, practicant.

Multa inter dogmata Papistarum talia reperiuntur, et fidei suæ, et cruci Jesus, virtutem, plus quam ceremoniis, attribuunt.

Relatum est mihi pulvis à Francia, Anno 1657. hic apportatus, cordi sub papilla sinistra applicandus, et pulvis in charta inclusus, ita superscribendus; *Cum Jesus Crucem videbat, tremuit; tunc ei Judæi dicebant, Quare trepidas? Nonne febre vel agonia laboras? respondit Jesus, Nec febre, nec agonia*

gonia laboro : tunc aiebant Judæi, Nobis concede, Domine, ut pulverem hunc cordibus applicatum à febre tradere inveniamus. Et à Domina celeberrima, an hæc superstitio data est, relationem recepti, etiam ut nonnulli hoc pulvere, ita superscripto, in charta cordis ventriculo sinistro apposito, utentes, febre intermittente liberati fuere : sed addunt nonnunquam prædictis verbis ultimo, *In nomine Patris, Filii, et Spiritus sancti, Amen.* Sed sæpius fallere quam mederi informatus sum, ergo à paucis utebatur.

Alii curantur, ut audio, pane albido medio dissecto, in utraque parte inscribunt *Callindant*, cum cruce sic X formata super I. loco *iotæ*; pars una edit morbiens, altera cani datur, canis dicitur febrem recipere, et ab illa solvi patiens : Hoc incantamentum, seu papistica superstitio, ab affine habui, experientiam demonstrante de eo suam.

Ancilla Affinis, quam bene cognovi, diverſos et tertianarios et quartanarios liberavit, hocq; ſecreto; In papyro exiguo hæc verba ſcripſit, et patienti devorari dedit, *Arinas, arines, arinemas, arinebus, copleaſquer*, quovis vehiculo hoc inſcriptam chartam bina hora ante paroxyſmum deglutiebant, térq; uſurpatum; interdum bina vel prima devoratione, ſanavit, non omnes vero; et qui ſanabantur, iterum relababantur, ſed non omnes.

Nec video has incantationes certioris eſſe curationis, quam ſunt aliæ medicinæ communes: ſæpe verba ſunt abſurda, nullæ linguæ nationum referenda, nec quolibet ſcholaſtico conſtruenda; dubitandum eſt, hæc verba, et ſimilia, incantationis à dæmone primum Sagis dari, et deinde libris Necromaniæ indebantur, et à ſimplici vulgo et imperitis innocenter, et ſincerè uſurpabantur, neſciente undè primum venirent.

Quæ-

Quælibet incantamenta ſerio et digno uſu, et cauſâ tantum, cum omnia alia feſellêre, in uſum revocari debent.

SECT. 24.

Περὶ μεταστάσιος τῶν πυρετῶν, ſeu de Tranſplantatione febrium.

TRanſplantatio febrium, tanquam etiam aliorum morborum ſic fit, atomi humoris morbifici ſeu materiæ, qualitate heterogenia naturæ infectæ, evolant, vel à ſympathia quadam, rei cuidam homogeniæ alliciti et educti, vel antipathia cujuſdam materiæ aliter qualificatæ in corpore reſidentis, vel violenta expulſione et deturbatione, expelluntur.

Semen quodlibet, puta, Aniſi, Cumini, Carui, & ſimilia, fricatione, et contuſione, magis odorant et olfaciunt, quia atomi et effluvia ſpiritualis

lia deturbata expirant; sed non fricata semina paucos atomos emittunt. Observavi succinum fricatum paleam attrahere, et sympathia, sine violenta deturbatione, eliciuntur spiritus qui atomis sæpe continentur, quibus alicitis spiritibus materia torpida et mortua est, ergóque non fermentat ampliùs; nam motio et augmentatio cessant, qualitas cum peculiaris, quæ in spiritibus latitavit, abest, evolatis spiritibus; à vita omne motionem et sensum edit, et omnis vita à spiritibus dependet; ergo absente vita in quolibet, abest motio; et absentibus spiritibus, abest vita; et absentibus spiritibus, abest peculiaris qualitas, qua moventur humores vel materia, ergo in iis abest motio totalis; ideoque peculiaritas ejusdem; sicuti magnes cum illinitur succo Allii ferrum trahere noluit: ab omnibus corporibus constanter fere atomi expirant, sed in nonnullis tam pauci et exigui sunt ut

longo

longo tempore parum discernantur; oleosa longa ebullitione parum absumuntur, cum aqua cito in vapores solvitur; sic cerosa, resinea, picea, gummosa, et lapides firmiter, ita et gemmæ compactæ parum atamos seu expirationes emittunt, sed plantæ virides, in sole calido per diem locatæ, si ponderentur, tertiam fere ponderis partem emittunt. Ebullitione forti evolant spiritus, cum miti non evolant, et oleo vel gummis mixta si ebulliunt confestim vires plurimum retinent, tenuitas et aquositas evolat; oleago, nec oleata vero tam facile, et herba, cujus spiritus, et exinde qualitas, sed peculiaris vis' et virtus, in oleoso spiritu latet, & existit, diutius durat: calidæ et amaræ plantæ, oleum chymicum reddentes, non tam cito corrumpuntur, ut his contrariæ, quia spiritus in prioribus calidis plantis in oleo manent, et oleum difficulter evolat, et raro calore annihilatur
con-

confestim: In omnibus tam animatis quam inanimatis, expiratis spiritibus, corpus pallidum insensile et immobile existit.

De Transplantatione plura de aliis morbis, si unà adjungamus, exempla producamus; vero hic tantum exempla de febribus transplantatis afferre convenit.

1. Alii ante paroxysmum per aliquot horas in agrum vadunt, et glebam ab humo dissecant, et in foramine spirant, relicto in eo spiritu gleba foramen occludunt, curruntque paulò remotiùs, iterumque glebam secant, et in cavo ejus spirant, et spiritum gleba claudunt, ut opinantur; sic ad tertium tempus pro uno paroxysmo, et ita ad tertium paroxysmum pergunt: sed si plurimos curaret, plures uterentur; nec video ista certiùs ordinariis specificis curare.

longo tempore parum diſcernantur; oleoſa longa ebullitione parum abſumuntur, cum aqua cito in vapores ſolvitur; ſic ceroſa, reſinea, picea, gummoſa, et lapides firmiter, ita et gemmæ compactæ parum atamos ſeu expirationes emittunt, ſed plantæ virides, in ſole calido per diem locatæ, ſi ponderentur, tertiam fere ponderis partem emittunt. Ebullitione forti evolant ſpiritus, cum miti non evolant, et oleo vel gummis mixta ſi ebulliunt confeſtìm vires plurimum retinent, tenuitas et aquoſitas evolat; oleago, nec oleata vero tam facile, et herba, cujus ſpiritus, et exinde qualitas, ſed peculiaris vis et virtus, in oleoſo ſpiritu latet, & exiſtit, diutiùs durat: calidæ et amaræ plantæ, oleum chymicum reddentes, non tàm cito corrumpuntur, ut his contrariæ, quia ſpiritus in prioribus calidis plantis in oleo manent, et oleum difficulter evolat, et raro calore annihilatur con-

confeſtim : In omnibus tam animatis quam inanimatis, expiratis ſpiritibus, corpus pallidum inſenſile et immobile exiſtit.

De Tranſplantatione plura de aliis morbis, ſi unà adjungamus, exempla producamus ; vero hic tantum exempla de febribus tranſplantatis afferre convenit.

1. Alii ante paroxyſmum per aliquot horas in agrum vadunt, et glebam ab humo diſſecant, et in foramine ſpirant, relicto in eo ſpiritu gleba foramen occludunt, curruntque paulò remotiùs, iterumque glebam ſecant, et in cavo ejus ſpirant, et ſpiritum gleba claudunt, ut opinantur ; ſic ad tertium tempus pro uno paroxyſmo, et ita ad tertium paroxyſmum pergunt : ſed ſi plurimos curaret, plures uterentur ; nec video iſta certiùs ordinariis ſpecificis curare.

2. Alii crinem secant, et arbori ligant, sed Sycomorum eligunt; alii plurem crinem, alii pauciorem, ambo ex capite, exsecant, et alligant; sic quoque nonnullos mederi de febribus intermittentibus febricitantes ipsi mihi retulere.

3. Alterum genus mingunt in disco, sub terra ponunt, tegula arctè claudunt, urina vero parum ante paroxysmum reddenda; et sicut urina in disco, vel vase ligneo, evanescit et absumitur, sic observant febres evanescere et absumi: Rusticus robustus mihi dixit se hoc remedio, consilio cujusdam vetulæ, ei salutem eo firmitèr pro mittentis, cum successu usurpasse, et veluti urina in disco minorabatur, sic et febris sensim remittebat. Frequens est verrucas carne carne bovina cruda fricare, et istam carnem in stercorario sepelire, et isto modo, ut caro putrescit et annihilatur, sic & verrucæ. Sed

Sed hos interdum recidivare, ut alios post alia remedia cujuscunque generis, observavimus; Rationemque hanc depromere ratio videtur, atomi in crine, in spiritu, et in urina relicti, atomos syngenios in corpore sibi trahunt, et sic febris enervatur, sed cum atomi vel qualitas morbifica atomis hærens, et ii atomi materia excisâ excepti, relinquunt excisum, ad corpus revolant, et atomis syngeniis suis immiscent, et redintegratur morbus, et totalitèr renovatur; interdum tam exigui et invalidi sunt atomi excisæ partis, ut morbus tantum remittit, et mitescit, et tunc sæpe atomi redire solent ad corpus abinde veniebant, post 3. vel 6. vel 9. dies, plures aut pauciores, et morbus suo vigori restituitur; ideoque curandum est, si potest, ut relicti atomi, vel spiritus, quibus qualitas humoris, quæ eam movet, inest, evolent à corpore ad rem ejectam vel excisam, et non atomi vel

ſpiritus in rebus abjectis, ſi poteſt, ad baſin ſuam, corpus, redire ſinantur, aliàs morbos per Tranſplantationem curare non valebimus.

Hæ naturales Tranſplantationis cauſæ ſunt, ſed Sagis Veneficiſque talia utuntur, non naturalibus cauſis referenda, nec à quovis immitanda; ſi rem effaſcinatam lædas, Sagam effaſcinantem lædas, ſicuti larga edoctus ſum aliorũ experientia, præter auctorum authoritatem multorum; ſi potus effaſcinatus ollis vel phialis arctè claudatur, Saga, donec aperiuntur, urinam et alvi fæces retinet; ſubere vero exempto, liberatur Venefica: ſic cum in lebete potus ebulliendo furſum ad domi cacumen vergit, à Saga priùs ex domo iſta male contenta diſceſſa, cum chordis et filis ſtricte colligavere lebetem, et Saga violentis torminibus oppreſſa eſt, et conqueritur, donec ſolverentur ligacula vel ligamentum.

Etiam

Etiam pueris, Sagis, effascinatis, excrementa vel pilos, comburendo, succurrunt; sed Saga, morbum causans, istis partibus violentèr excruciatur.

Si Saga lac in vase pro butiro contundendum incantavit, ita ut jam in butiri molem et formam videas, et maturitatem expectes, et subitò in lac tenue iterum resolvitur, tunc ferris candentibus in vas et lac impositis, Saga in visceribus suis valde combusta est, et tormenta patitur: etiam si in felis corpus et speciem mutant se Sagæ, et felis vulneratur, Saga in forma felis vel cati vulnus patitur in humana specie, cum reliquit assumtam cati speciem, et ista parte qua suppositus catus vulnerabatur.

Cum diversis aliis hæc à sobriis testibus, fideq; dignis recepimus, multaq; ad hanc rem probandam exempla ex authoribus apportare possimus, sed propositum est nihil nisi experientiam

deponere, ni vero lector cogitaret nos nimia credulitate adductos, falsa edere, legat *Remigium* de dæmonolatria Judicem, *Bodinum*, *Sprangerum*, *Vierum*, *Grillandum*, *Petrum de Loier*, *Tarquamadem*, aliosque, qui de Sagis, earumque factis; scripserunt, sed quomodo Sagæ vim et virtutem in has res infundunt, et intrudunt ad hos præternaturales effectus edendos, nescio, sed magis quam probabile est, ceremoniis et ridiculosis utuntur superstionibus, in his uti in aliis rebus effascinatis; sed quomodo tunc affecta re effascinata, ita efficerentur Sagæ cum substantiam nullam suam rei effascinatæ committunt et communicant, nescio: simile est virtuti ungenti armarii seu pulveris sympathetici, etiam cum Sagæ voluerint quos incantaverunt liberare, non queant alitèr interdum id efficere quam ad alium morbum istum transferendo et communicando, interdumque cum necessitatur ad curationem

nem ægri Venefica, non alitèr poteſt id efficere quam ad ſe recipiendo morbū, de quo interdum moriuntur Veneficæ; ad virtutem ceremoniis & artibus Sagarum dat dæmon, alitèr parum efficerent, vide *Bodinum*, lib. 3. cap. 2. etiam in aliis locis Dæmonomaniæ, *Sprangerum*, *Remigium*, *Vierum* & cæteros de Sagis et ſpiritibus ſobriè ſcribentes: ſed in ſequenti Sectione plura exempla deponā de Communicatione febris ab alio ad alterum corpus.

SECT. 25.

De Communicatione febris ab alio ad alterum corpus.

SÆpenumero à ruſticis informatus ſum, quod febres ſuas frequenter ſanaverunt, unguibus ſuis exectis, et à pedibus et manibus, et in pomis vel paſta, vel alio quovis vehiculo cani vel porco datis, hoc vero tèr faciendum et exſecari debent ungues parum ſemper ante acceſſionem febrilem, et ſæpe

 canis,

canis, vel Sus, et porcus, vel gallus, quodvis animal cui propinantur febre laborat, et trepidat, frigoreq; laborat isto tempore quo solet æger morbire, qui traditur, sed interdum omnino hoc fallit, interdum in parte tantum, nam allevantur ægri interdum, et partìm morbus in cane, porco, vel cato restat, partim in homine, et tunc sæpe revolat ab animale ad hominem, unde priùs ortus erat et propagatus morbus; sed ungues in ventre sepeliuntur, et ejiciuntur, vero atomi, quos animal recepit, febriles, febrem infectione sanguinis porci vel canis fecere, et iterum rediunt ad corpus ubi est origo et seminarium eorum, et morbum absolutè integrum et violentem ut principio reficiunt.

Sic alii urinam ante paroxysmum reddunt, placentulam cum farina et urina ægrotantis faciunt, et pistam cani vel cato exhibent, sic ad tertiam vicem pergunt, vel canis febre laborat, vel catus ægrotantis loco et tempore statuto

ſtatuto febricitat, ſoluto, ſed non ſemper, ægrotante : omnia habent varietatem, ſingulaque varietas ſuos gradus habet, vel omne genus ſuas recipit ſpecies, et quælibet ſpecies ſuos continet gradus, concede mihi rem eſſe, et rei gradus et differentias concedere oportet, et quia inter ſimilia pauci diſtinctè judicavere, iſta orta eſt opinionum confuſio et varietas, et diverſi regulas generales propoſuerunt, cum diverſitatem, et peculiaritatem, et gradus eorum, de quibus phantaſticè ſcripſere, ignoraverunt.

Plebs altera contrario modo urinam ſuam bibit, et currendo et urinam bibendo ante appropinquat paroxyſmus, ſolvitur à febre : ſi in urina fuerit qualitas febrilis, potiùs febrem accenderet, quam extingueret, nam atomi infecti in urina ejecti cum intra corpus reſumuntur, ratione aggravetur malum, alii poſſetum ex urina febricitantis Componunt, et ter cani pro-

propinant, et ſic ſeipſos liberant.

Propria ſunt ſimiliter et æqualiter omnibus febribus, ſed non efficacia ſimiliter et æqualiter, vero quartanarii his ridiculis curantur interdum, ſi Porcus, Sus, Felis, Canis, Gallus, vel Catellus rigore et calore febris corripitur, non ultra 2. vel tres patitur paroxyſmos, ſed tanta eſt diverſitas in omnibus ut infra 20. vel 30. exempla et obſervationes generalem regulam ſtatuere ne poſsimus, et magis noſcimus, plura remanere noſci videamus: perbene ſcio multos dicere ſe ſcribere ex experientia cum pro dictis vel ſcriptis ſuis vix duo poſſint afferre exempla, et facilè decipiantur; nam iſta varitates poſſint eſſe, et à communiori naturæ ordine devia.

Ratione, vel potiùs experientia, judicando rem ignotam, re nota, in urina ſint ſpiritus aliquot materiæ morbificæ, qui magis aſſurgunt appropinquante paroxyſmo, et ergo curetur

faciliùs

faciliùs morbicus, quam unguibus ex-ectis cani in pane datis, nam in illis non sunt spiritus febrilis materiæ, ut in urinis extant.

Empirici alii Catellum capiunt, et ægrum jubent exspuere in os catelli, et catellus Salivam ægrotantis sæpe sugens eodem morbo corripitur, liberaturque æger, et hoc ratione unguenti armarii, et pulveris sympathetici solvitur. Ex authoribus diversas hujusmodi annotationes producerem, vero extra limitem, et observant Medici semen Salamandrarum, Busonum, Ranarum, et Lacertarum in impuris aquis potum, easdem creaturas, in nostro humano corpore, gignere.

SECT.

SECT. 26.

De Symptomatibus, Morbisve, quæ febres intermittentes, præcipueque Quartanas, sequuntur, illis naturaliter finitis, vel irregulariter suppressis febribus.

1. OBservavimus in nonnullis exuberantiam inflationemque totius corporis, post febrem quartanam, istis temporibus quibus antea paroxysmi solent accedere, morbifica materia debilitata paroxysmos amplius creare non potuit, sed aliquam vim et qualitatem fermentandi adhuc retinuit, unde flatus tantum reponitur.

2. Alii commemorati sunt de paroxysmis, pro Septimana una aut altera postquam reliquere patientem, cum stupore seu sopore et somnolentia omni tertia vel quarta die, istove tempore

tempore quo antea paroxyſmi invadere ſolent, materiæ ardore et acrimonia exhauſta, vapores mites et lenes ad caput tempore ſolito paroxyſmorum, aliqua remanente fermentatione, feruntur.

3. Alii eodem tempore cum prioribus ægrotant, ſed diverſo more; nam iiſdem horis quibus antea paroxyſmus, priuſquam ſolveretur febris, invadere ſolebat, ſitim, capitis obtuſum dolorem, et hebetudinem, cum pigritia affliguntur: Sed hæc ſymptomata tempus ſtatutum paroxyſmorum ceſſatorum commemorantia gradatim et paulatim ſæpiſſimè decreſcunt, et rarò ad menſem protrahuntur, vere verò et æſtate valde opitulantur.

4. In aliquibus illegitimatis quartanis humores poſt concoctionem non diſcuti apparent, ſed per totum diffunduntur corpus, ita ut aliqui exinde dolores

dolores capitis et ventriculi passi sunt, simul etiam partes reliquæ male afficiuntur, cui si naturalis per vomitum vel sedes evacuatio succedit, bonum esse observavimus; et si nulla sit, vel nimis debilis, ei succurrere per artem remediis leniter evacuantibus debemus, sicut proficere notavimus, sed *unius cibus est alterius toxicum*: Cum omnia prudens Medicus consideravit, nequit prædicere quæ salutem procurent, et quæ irrita sint.

5. Post quartanam homo in febrem purpuream incidit, et post parvum tempus salute perfecte fruitur; in alio, maculæ purpureæ adeo febri quartanæ mature succedebant, ut potius critice ab iis solvi febris videbatur, quam solutæ, succedebant maculæ cum calore præternaturali purpureæ: Quot homines tot fere differentiæ; et si uno morbo tanta sit diversitas, totque variationes ægrorum, quantæ et quot sint

ſint in diverſis morbis ? Et hunc de febribus ex obſervationibus noſtris ſinceris in methodum compilatis et congregatis Tractatum edidimus, quoniam lectores de aliis plurimis morbis et ægritudinibus, talem methodum, ordinem, et variationem, naturam habere, et obſervare, notent et cognoſcant.

6. Quartanæ febri diſceſſæ icterum ſuccedere vidimus, interdum flavus, interdum niger eſt, interdumque adeſt in ceſſatione paroxyſmorum ; cum non clare febri ſuccedit, et quibus ineſt, natura, gradu et eventu ineſt differentia.

7. In febrem ſcorbutum, ſed quid eſt, difficile eſt nonnunquam determinari, et poſtea febris in ſcorbutum iterum mutatur, et finitur.

8. Febres et quartanæ, quotidianæ,

næ, et tertianæ, in Hydrope interdum desinunt, sæpeque tunc perniciosæ sunt consequentiæ, ni partes internæ roborentur et serventur; sed à labefactatis visceribus per febris continuationem sæpius causatur, et, sublata causa, tollitur effectus.

Tympanitides interdum quartanæ supervenire audivimus, cum lethali eventu.

9. In nonnullis, post febrem quartanam, refrigeratur corpus, et tenerum diu exinde linquitur.

10. Appetitus defectus alios plus damnavit finita febre, quam præsente; attamen crebrius est omnium facultatum salubrium redditus, sicut remotior est febris exitus: qui post febrem, sicuti in febre, appetentiæ caritate laboravere, opitulati sunt cum decocto Centauri minoris, Absinthii, et Agrimoniæ, quovis liquore idoneo, facto;

facto; vel si herbæ siccæ incidantur, et potu poculo infundantur per noctem, maneque expressio clara bibatur, tenerioribus aptius sit palatis.

11. In liberis, puerulisque, convulsiones solutioni febrium intermittentium subsequi vidimus, materia morbifica translata sit ad nervos, eosque vellicet; cum sæpe cum congeries materiæ morbidæ solvitur, fermentatioque infirmatur, materia, nunc hic, nunc illic, spargitur, debilioribus præsertim recepta partibus, quia illæ non repellant, antecedere, has convulsiones, spasmosve, capitis gravitatem lethargicam, hebetudinemque observavimus; frigidi translati ad caput humores relicti hos affectus possint procurare, in nonnullis purgatio levavit, in aliis ad mortem usque perseverarent, cum totius interdum indispositione ad paralyticum in aliis affectum magis vergit, nam nervi resolvi videntur.

12. Post discessam febrem atque in vere pustulæ papulæque latæ interdum, interdum angustæ aliis oriuntur, si justo finita febre veniunt, bonum, et critica est terminatio ; aliter, et turbulentem et dolentem parit afflictionem : malum est quod tales humores in corpore restagnaverunt, sed dummodo in corpore fuere, bonum est ut extra exibant, vel dicamus bonum est signum malæ causæ.

Etiam quoniam ad externas remotasque partes extruditur materia, pustulis et papulis erumpens, bonum est, et id portendit, naturæque robur monstrat.

Quicquid naturæ inimicum protruditur à nobilioribus ad ignobiles partes, bonum portendit, et ab internis ad exteriores partes, similiter bonum ; sed ut proverbium est, *Una hyrundo æstatem non facit*, sic qui veracitatem omnino enuclearet unum cum altero compararet.

Phle-

Phlebotomia et cathartica huic malo sublevaverunt; at

Non est in Medico semper relevetur ut æger;
Interdum docta plus valet arte malum.

Ignobile medicamentum magis proficiat, cum prompta sit natura, quam nobiliora, cum natura iis non cooperat.

13. Tibiarum ulcera cum tumescentia, suppressis febribus aliquando assequuntur in aliquibus durum est dicere, anne prolapsus humorum in tibias et pedes suppressione in paroxysmorum causat, vel à suppressis paroxysmis delapsus humoris in pedes, tumores et ulcera gignens, causatur.

Nonnunquam hæc ulcera difficulter sanantur, ob continuam humorum defluxionem; in aliis vero aliter, et

in diversis personis diversus est ægritudinis modus.

14. Tumores tibiarum et pedum accidunt plerisque febricitantibus, et quibus menstrua supprimuntur, interdum cum prurigine et inflammatione vexant; post septimanam interdum rubor tumoris exhalat, evolata parte sanguinea, et aquosus vertitur tumor, sine isto dolore, qui inest tumoribus, donec rubri, id est, sanguine perfusi, conspectantur.

Unguento Dialthæa, et oleo Chamæmelino, et aceto Rosaceo, hi tumores mitigantur; sed sæpe rebelliosi sunt, ordinariis discutientibus non dissolvuntur.

15. Accidit aliquibus, post febris præsertim quartanæ solutionem, tergi vel dorsi dolor; ut mihi de seipso retulit pauper, qui febrem quartanam per septem annos habuit, in hyeme vigebat, in æstate semper remmittebat, adeo ut

ut paroxyſmos vix percepit in calore, in lumbis et dorſo, ob illic forſitan meſenterii connexionem et alligationem, dolores valde acres et cruciantes erant; biennio vel triennio à febre totaliter liber, adhuc tamen cruciatibus doloribuſque dorſi et lumborum vexatur, in operatione cum incaleſcebat maxime affligebant; ſed quo remotius febrem evaſit, eo gradibus miteſcit dolor: debilitas et imbecilitas dorſi in illo magna orta fuit, reliquiis febris illic detruſis, et calore et motione in actum ductis; ſed quibus exacte, methodice, et regulariter exit quartana, iis ſæpe fit talis excrementorum excretio et conſumptio, ut pro annis deinde plurimis meliorantur.

16. Alius poſt quartanam in artubus et juncturis præſertim rigidus et obtorpens eſt, flexibiliſque non ſine damno; materia febrilis in artus namque ceſſans fermentare et diſcuſſa protrudebatur.

17. Di-

17. Diversis accidunt, ut plebs nominat, placentulæ febrium discessarum; hæ duritiem ventris causant, vel potius durities ventris est hæc, et à febris humoribus, à loco prioris fermentationis, cum aderant paroxysmi, remotis, et illic detrusis, et concretis coagulatisque causatur.

Interdum vero est splenis extumescentia, et tumoris informis exspatiatio, quæ istam placentam febrilem simulat, et immitatur.

18. De torturis et torminibus, ventriculo, umbilico, vel ventre inferiori, 4 vel quinque conquerentes, suppressa vel cessata febre intermittente, in nostra ætate audivimus; interdum flatus, interdum vermes, interdum bilis, et interdum tenue sit Rheuma, vel serositas; ad quam partem reliquia febrium translata sunt ista parte fit dolor, et functionis labefactatio, et qualis

qualis est humor translatus, talis est dolor, et qualitas functionis depravationis: sed variat maximopere hic dolor, in aliis constans est et mitior, in aliis periodicus et vehementior; nunc est constans in periodico, et nunc est periodicus in constante. Aliquando cum altius ascendit, vomitum civit; in intestinis magis versans, dolor diarrhæam excitavit; vero idem aliis febricitantibus non accidit, et aliis non febricitantibus accidat: Et sicuti nos febrium quartanarum, tertianarum, quotidianarum, naturam et variationem descripsimus, sic lector de aliis cæterisque plurimis morbis judices; nec antiquorum traditio tibi diligenter observanti vera, dignissima veritas; omne verum, et nihil præter, investigetur, nam tanta est varietas, tanta est naturæ variabilis digressio, ut in moribus, sic in humoribus, ut difficile est dicere, quid est vel sit quivis morbus, ante apertionem cadaveris, regulas et

methodas in morbis, nec tales morbos ita definitos et descriptos ab antiquis, naturam regulariter observare, observemus.

Preterea, aliæ sunt mutationes, corporisque ejusdemque habitus alterationes à febribus intermittentibus, præsertim quartanis fiunt.

1. Juvenes sic et puellulæ, in proceritate remanente diu febre, crevere; sed nullum evenit omnibus, et omne evenit nullis; vix unus inter decem à febre fit procerior, etsi annis augentibus degit, causam nescimus, et conjectura quisquis suo genio indulgeat.

2. Nonnullos egregie ventrosos, pinguedineque distentos, vidimus, qui cursu quartanæ macilenti et parvi redduntur, adeo ut vestes mendicari non adaptari videbantur; et post febrem emaciati et macilenti remanerunt, nulla amplius augescente consumptione, sed quasi superflua corpulentia correcta fuit et moderata; et tales, in macilentia

cilentia summopere, sicut ante febrem in corpulentia, sanitatem conservaverunt, excretionibus, ut sudore, urina, diaphoresi, vomitione, exspuitione, et purgatione, evacuata fuit pinguedo.

3. Qui pediculosi fuere, superveniente quartana, depurati fuere, nec pediculi in capite, perpetuo in eo remanere assueti, remansere; fortasse exhalationes à sanguine infecto, et alterati succi corporis eos necarent, sicut est hominibus; si in extremo rure alieno victu victimur, primis mensibus apti sumus mori, et in omnibus corporibus ab eodem victu vel nutrimento non eadem fit vel alteratio vel nutritio, quia recipiens non est idem, etsi idem est receptum: agens quoddam vidimus, et idem esse sæpe et clare noscamus, tamen in diversis patientibus diversos exitus et effectus producit, *Unius alimentum, alterius venenum.*

Vale, Lector benevole, Jam omnes meas observationes in hunc methodum

et

et ordinem transcripsi, et exaravi: Sicut in his febribus variationem et naturæ cursum spectas, sic de aliis morbis judices,

Μὴ νέμεσσα βαιοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.

——non displicuisse meretur
Festinat, Cæsar, qui placuisse tibi.

Cum tua non edis, carpis mea crimina,
Leli;
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Μόνῳ τῷ Θεῷ, ἀληθινῷ, καὶ εὐσπλάγχνῳ, Δόξα.

FINIS.

EDiturum est aliud ejusdem Authoris opus in Anglica lingua, Physica Nosonomia, nominatum, in quo Tria occurrunt (præter novam Medicinæ rationem et morborum methodum) singularia, nempe 1. Dissectiones de fere omnibus sepultorum morbis. 2. Ratio pro, et experientiæ in Astrologia, et quomodo corpora à stellis gubernantur, et alterantur. 3. Morbi naturales et præternaturales, à sagis, et causis præternaturalibus causati: nunquam tale antea exstitit.

Errata Prælo *commiſſa multa ſunt, Lector benevole, ſed iſta capacitas quæ ea cognoſcere docet, te etiam ea corrigere docebit.*

Omnibus placere difficile, et ſi Deum te condonare velles me condonare debes, quod tibi non vis fieri, alteri ne facias : uti nemo mortalium omnibus horis ſapit, ita nemo mortalium omnibus rebus perfectus eſt:

Quot homines tot mentes : et quod uni commodum, alteri incommodum : unius genio indulgere, eſt alterius diſplicere.

Unus carmine, alius proſa oblectatur : nonnullus joco alter ſerio gaudet : Hic rationibus et theoria placetur : ille practica parte et experientiis lætatur.